 Augusti Famulus Xphorus Ruzka Monialium Conventus S. Andreae
 Praevicem Procurator iuxta exigentiam termini, exceptionem contra
 Libellum pro parte Rndi Dni Stanislai Goluchowski Canonici Sandominiensis
 productum coram Officio reproduxit, quas admitti, ac se circa easdem
 suasque Principales conservari postulavit. In presentia Magistri Alberti
 Bolkowski dicti Rndi Dni Stanislai Goluchowski Canonici Sandominiensis
 Procuratoris huiusmodi exceptionum copia, petentis, cum
 termino dicendi contra, et obtinuit ad primam Iuris. Presentibus
 Vnclibilibus Nobilibus, et Discretis Matthia a Kosten Vicecustode
 Ecclesiae Cathedralis Praevicem, Magistro Basilio Golins, Andrea
 Szewikowski, Andrea Dymbrowski, et Ioanne a Burzyn ad pro
 missa testibus. Anno eodem Luna Decima Septima Septembris
 In causa Rndi Dni Stanislai Goluchowski Canonici Sandominiensis, Ho
 nestis Xphorus Conventus Monialium S. Andreae Praevicem
 Procurator, prout de sua Plenipotencia docuit, animo item con
 testandi, neque contenta libelli conventionalis pro parte Rndi
 Dni Goluchowski producti esse vera. Et Dominus Actori
 probationem

probationem decernit. Presentibus Notarijs Domini. Anno eodem
 Mercurij decima Nona Septembris Magister Albertus Bolkowski
 Audi Dni Stanislawi Goluchowski Canci Sandomirien Procurator iuxta
 exigentiam termini. Ut honestus Ephorus Conuentus Monialium
 S. Andreae Cracouien Assertus Procurator, ne nullitas in processu
 causa fiat, doceat de sufficienti mandato petijt, alias nisi docuerit
 a causa sependendum postulauit. Infinita dicti Ephori Conuentus
 Monialium S. Andreae Plenipotentijs de mandato suo anno p[re]senti, die
 uero quarta Mens Iunij emanato docente, circaq[ue] illud se conser-
 uare postulantijs. Et Dominus uis huiusmodi mandato, dicum Chry:
 stophorum legitimus Plenipotens Conu[er]s Monialium S. Andreae
 Cracouien esse pronuntiauit. Presentibus quibus supra. Anno

aug 4^{ty}

aug 5^{ty}

eadem Luna prima Octobris Audij Anij Vicarij in Spalibus, et Offi:
 cialis gnalijs Cracouien infusa inter Radm Dni Stanislawum Golu-
 chowski Cancum Sandomirien actorem ab una, et Religiosam Sophiam
 Winarska Abbatissam cum suo Conuentu Monialium S. Andreae
 Cracouien occasione domorum in Oppido Zawichost, agrorum
 arearum, hortorum, uincionij lignorum, pascuorum ad dictum Dnum
 Cancum Sandomirien, ex antiquo quomodolibet spectan, et in quibusuq[ue]
 locis consisten[tes] reos conuentos partibus ab altera ad subijciendum
 rem oculis, et de huiusmodi differentijs inter dictas partes iuxta
 contenta libelli cognoscent, ac cognitione per testes iuratos, et fide
 dignos facta. Gmista describen, de consensu utriusq[ue] partij Rendi
 Dominus Joannem Wielicki Decanum, ac Officialem Sandomirien,
 ac Joannem Jordan Abbatem Sandecensem sub pena decem
 marcarum pecunia contra Commissarium absentem succum:
 = benda

NB Contra
 asserta d. Prone
 ad sa. Paris

1397

- benda ad huiusmodi actum Commissionalem assignavit, et deputavit,
- ut, terminumq; in ipso loco differentiarum, eisdem comparandi
- pro ut dictis Commissarijs bene visum fuerit prefixit. Presentibus
- Notarijs. Anno Millesimo quingentesimo Nonagesimo primo, Die

acty 6^{ty} Mercurij Vigesima february. In causa Rndi Dni Stanislai Golucho-
- wski Cancei Sandominien^{is} Actoris ab una, et Monialy S. Andreae Praesoni-
- ensis ex altera partibus, Dominus decrevit, ex quo contra testes
- pro parte Dni Goluchovski Sandominid^{is} examinatos pars, neq; verbo
- neq; in scriptis excipere curavit, citationem ad concludendum in facta
- extradendam, Presentibus Notarijs. Anno eodem Mercurij vigesima

acty 7^{ty} Martij Magister Albertus Bolkowski Rndi Dni Stanislai Golucho-
- wski Cancei Sandominien^{is} Procurator petijt in contumaciam partis ad-
- versae in causa concludi. In presentia Magistri Simonij Swiejk-
- owski Conventus Sibi Andreae Praesoniens^{is} Procuratoris, qui impe-
- diendo conclusionem petijt causam istam (ex quo occasione
- fundi agitur) ad forum Seculare, seu terrestre remitti. Et Do-
- minus decrevit, quatenus dictus Simon Swiejkowski prima Juris
- det rationes in scriptis quare concludi in causa non debeat
- alias in contumaciam conclusurum se obtulit. Presentibus Notarijs supra

acty 8^{ty} Anno quo supra Veneris vigesima secunda Martij Magister Albe-
- tus Bolkowski Rndi Dni Stanislai Goluchovski Cancei Sandomi-
- nien^{is} Procurator, iuxta exigentiam termini hodierni petijt in con-
- tumaciam Magistri Simonij Swiejkowski Monialium S. Andreae
- Praesoniens^{is} Procuratoris non comparentis, nec rationes in scriptis
- quare concludi non debeat producentis in causa concludi, et
- pro concluso haberi. In presentia Nobilis Stephani Slubi^{ensis} Cancelli
- qui conclu-

qui conclusionem impediendo allegavit uerbo causam istam
 preoccupatam esse in Iudicio Terrestri, si quidem agitur occasione
 Limitum, et fundi ubi Moniales S. Andreae Prae. in citauerunt
 Collaterales, seu cohereditarios, qui bona sua hereditaria cum bonis
 Monialium habent confinia seu contiguas ad Iudicium Terrestre, ubi
 causa Limitum decidi solent petant sibi terminum ad docendum de
 huiusmodi preoccupatione causa praefigi. Et ad S. Magister Al-
 bertus Bolkowski, non obstantibus frivolis dilationibus Monialium
 et quoniam istud ante litis contestationem pars aduersa non
 infererat, et quod non de Limitibus sed de Lacu agitur) pe-
 tit in causa concludi. Et Dominus decrevit, quatenus Procurator
 Monialium primo Iuris post conductum Pascha doceat causam istam
 in Foro Terrestri esse preoccupatam, alias si minus decreverit
 ex parte in causa concludet. Praesentibus Notarij Consistorij. Et
 Actis Actorum Reudi Dni. Stanislai Maniewski Sacramenti

Corporis Christi Casimiri Praeposit, Vicarij in Spilibus, ac Officialij
 Prae. Prae. extractum. Anno Dni Millesimo quingentesimo
 Nonagesimo primo, Die Venarij decima Maij. In causa Reudi Dni
 Stanislai Gotuchowski Praei Sacerdotum, cum Reuda Sophia
 Wilczkowna Abbatisse, totiq; Conuentu Monialium S. Andreae
 Prae. occasione de occupatione certorum bonorum iuxta
 exigentiam termini hodierni Magister Simon Saucykowski Procu-
 rator Legimus dictae abbatisse, sig. Conuentus produxit inscriptis
 rationes, et causas, cur, et quare conclusio in causa, et causis huius-
 modi fieri non debeat, quae quidem rationes fundatae erant potissimum
 in eo quod nihil probatum est pro parte ipsius. Reudi contra
 dictum Conuentum, et quia Procurator Dni Gotuchowski
 uerbo

NB

reportis replicavit hanc in causa sufficienter esse probatum, prout constat
 ex Actis, testimonijsq. Juris Domini reiectis rationibus et causis pro
 parte Conventus S. Andreae productis tanquam impernentibus, con-
 clusit in causa pro conclusis habuit Praesentibus Vobis Martinus
 Borawski Andrea et Stanislas Swietkowski Joanne Burzynski
 et meo Sebastiano Actorum Notario. Anno eodem Veneris trigesima
 prima Maj. In causa R. D. D. Stanislai Potulowski faciens
 Sandominensium et Religiosa Sophia Wilczkowska Albarina, totius
 Conventus Monialium Monasterij S. Andreae faciens terminus
 ferenda Sententia ad primam Juris per Dominum Dilary et limitary
 est. Praesentibus Notarijs Domini. Anno eod. Veneris septima Junij
 In causa R. D. D. faciens Sandominensium cum Religiosa Deco, dicata
 Virgine Sophia Wilczkowska Albarina, suorum Conventus S. An-
 dreae iusta exigentiam termini ex in limitarij provenientij
 Dominus decrevit, et statuit. Vobis Potulowski pro meliori
 informatione probet evidenter ex parte Privilegij Jagelonij
 non originaliter producti, in quo cardo totius causa inter praefatas
 partes consistit. Praesentibus Vobis et discretis Bartholomeo
 Subiesuient Presbytero, Alberto Kamieniski, Joanne Burzyn-
 skij et meo Sebastiano Actorum Notario. Anno eodem Lund decima Junij
 in causa R. D. D. Stanislai Potulowski faciens Sandominensium
 cum Conventu S. Andreae faciens Dominus ob perplexitatem
 controversiae deliberans prima Juris respondebit. Et Pro-
 curator R. D. D. Potulowski a derogatione iustitiae appel-
 avit, Verbo salus facta, et in simpli. Praesentibus Vobis
 Martinus a Radomskie Juris Canonici Doctore S. Nicolai extra
 muros faciens Praepositus, Thoma Schawirzelski Insynatore
 Officij Domini, Martinus Borawski, Andrea et Simone Swie-
 =kowski

July 12 = Kowscy, et Joanne Notarij publici. Anno eodem, Die Veneris
vigesima prima Junij. In causa Rati Dni Stanislai Potuchow:
 = Ibi cum conventu Monialium Scti Andree Cracovien^{sis} Dominus
 terminum hodiernum ferenda sententia ex actis proveniente
 distulit, et prorogavit ad primam Junij. Et Acti Actorem Rati
 Dni Joannem Tarnowski Cracovien^{sem} Wladislawem Lancianem Prae:
 positu Sede Vacante Episcopatus Cracovien^{sis} Administratori, necnon
 Regni Poloniae Vicecancellari extractum, et sigillo Ser^{eniss}imi et Rati
 Dni Nicolai Oborski Dei, et Ap^{osto}lice Sedis gratia Episcopi Cracovien^{sis}
 = centis Suffraganei Scholastici, Vicarij in Spalib^{us}, et Officialij
 gradib^{us} Cracovien^{sis} communitum. Adam Styrkowski Phil^{osoph}us Doc:
 tor, Collega minor Lublⁱⁿensis et Alton^{ensis} Conventus Cracovien^{sis}
 Notarius: Locus ^{et} sigilli collationavit Albertus Sejmenowski
 publicus Notarius manu propria. Albinus Drocetay per
 Actorem producti tenor est talis. Anno Dni Millesimo Sex:

Alter
 Processus
 inter Rati
 D. Stephanus
 Piasecki Lan^{ce}
 Sanders cum
 Monialib^{us} de
 An^{no} 1631.
 usq^{ue} ad. An^{no}
 1633. incl^{us}.

= centesimo trigesimo primo, die Lune Vigesima Septima Mens
 Octobris Magister Albertus Polkowski Rati Stephanus
 Piasecki Lan^{ce} Sandomien^{sis} actoris Procurator, coram Iudicio Do:
 mini personaliter constitutus, exhibita citatione legitima eade
 = cut a contumaciam Religiosae, ac Dedicatae Virginis Hedwigis
 Gniewkowska Abbatisse, totiusq^{ue} Monialium Monasterij Scti
 Andree Cracovien^{sis} civitatum non comparentium accusavit
 et in earum contumaciam Verbo proposuit. Quod ipsa cum suo
 Conventu liberam invidiosam signorum usuarium in S^{an}cti
 = seu Borvii villa Boron, et charum villarum Lyvatript^{is}
 Vna publicis actori, seu eius factori, et suis subditis, et p^{ar}te communitate liberam
 denegat, et prohibet, viamq^{ue} p^{ar}tem antiquam abolevit, alioq^{ue}
 transulit.

transiit, non averta sententia definitiva occasione huiusmodi
 Libera cedua lignorum, et aliorum bonorum pro parte Canonici
 Sandominiensis et contra prefatum Abbatem, totumque Conventum hanc
 Domini Michaelis quingentesimo nonagesimo primo die vigesima Septima
 Iulij per olim Radum pro memoria Martinum Szyjskowski
 Rudi Domini Administratoris Episcopatus Præconis hanc convocato
 lata, et publicata, qua mediante, et dicta Abbatis cum suo
 Conventu coacta Censura Ecclesiastica fuit, ut superscriptum
 Canonium ad incisionem lignorum libere admittant, et ali-
 quod in dicta Sententia continetur faciant, petens ipsam
 ad restitutionem deperditæ viæ permissionemque pasorum
 communium, et liberam incisionem lignorum suo Principali,
 eiusque subditis censuris Ecclesiasticis cogi, aliam propositionem
 huiusmodi admitti, citationemque ad respondendum eidem decerni
 et exradi mandari. Et Iudicium Domini factum in quan-
 tum est de iure admittit. Presertim Adm. Radu, ac Nobilibus Do-
 minis Iacobo Ostrowski Sacra Theologia Doctore Janes Præconis
 Joanne Miklasowski, Joanne Seronius Propositi Sathoni-
 ensis, et alijs testibus. Anno quo supra die Mercurij duodecima
 Mensis Novembris. Procurator Conventus Monialium S. Andrea
 Præconis coram Domino, in publica audientia personaliter
 comparens respondendo ad propositionem Rudi Stephani Pias-
 secki sancti Sandominiensis ratione incisionis lignorum, et pas-
 cuorum, tum etiam non restitutionis viæ ad Acta præsentia
 die vigesima Septima Octobris factam negavit ius competisse
 petendi, et competere actori. In presentia Procuratoris eius-
 dem Rudi Dni Canonici, et in vim probationis intentionis sua
 Literas

Literas executoriales ad alia officialia Sandominensium unarumque
 iam obligationes Monialium S^{ci} Andree tum et ingrossatione
 Privilegij super S^{ci} Andree fundi Ruzice, et Lopynie in
 Anno Millmo quingentesimo Nonagesimo Octavo Mense Januarii
 insertas, tum et quandam Valorem fundi Stanislai Tarchaj
 Cuij et Notarij Advocatij Sandominensium Anno Millmo quin-
 gentesimo Nonagesimo septimo die Vicesime Aprilis coram iisdem
 Acis Officialibus Sandominensibus recognitis authenticis productis
 et eadem admitti postulatis. Ex adverso Procurator conventus
 S^{ci} Andree copias productorum huiusmodi cum termino die-
 cendi contra hinc ad unum Mensem sibi dari postulavit. Et ob-
 tinuit. Presentibus S^{ci} Dominij Jacobo S^{ci} Nowski faco-
 rario Praeconi, Simone Smolenski Decano Curzelonien, Bartho-
 lomeo Januschowicz J. V. Licentiat. S^{ci} Andree in Ruznice, et
 alijs testibus. Anno Dⁿⁱ Millmo Sexcentesimo trigesimo se-
 cundo die Mercurij decima quarta M^{ci} Januarii in passu
 invidonij Lignorum in Sylvis Boron, et aliarum villarum mota,
 et uestente. Procurator conventus Monialium S^{ci} Andree pro-
 ducens in publica audientia personarum iurisperitorum
 pro parte dicti conventus contra preterita iura, et munimenta
 factis adversa iactantias producit petens easdem admitti
 in preterita Procuratorij S^{ci} Andree S^{ci} Stephani Siasecki facti
 Sandominensium Actonij copias dictarum exceptionum cum ter-
 mino diecendi contra hinc ad primam Junij sibi dari postulatis
 Et obtinuit. Presentibus R^{di} Dⁿⁱ Joanne L^{ci} omirum
 Sanctorum Praeconi Simone Smolenski Curzelonien Curiarum
 Coliarum Decarij, Bartholomeo Januszowicz J. V. Professore
 et alijs

et alijs. Anno quo supra die Venens vigesima tertia Mensis Janu-
 arij. In causa incisionis lignorum in sylvis Villa Borow denegationis
 pascuorum, tum et via publica abbatonij vertente, et nota
 Procurator Dni Dni Stephani Siasecki satisfaciendo termino
 hodierno duplicationes pro parte sui Principalis contra Replien-
 siones Partij adversae realiter produxit, petens eas admitti. In
 praesentia Procuratorij Conventus Monialium S. Andreae Praevic
 copias eandem duplicationum ad octavam sibi dari, cum ter-
 mino dicendi contra postulanti, et obtinenti. Praesentibus Mistris
 et Dni Andri Tomisi, Andrea Protoproski Insuper, Lomna-
 niensi Praeposito, Paulo Garkinski Canonici Praevic S. R. M. M.
 Severij, Joanne Jzcki S. R. M. M. Praevic, Simone Smole-
 ski Curatoribus Ecclesiarum Praevic Praevic, et alijs testibus
 fide dignis. Anno quo supra, die Lunae Nona Mensis februarij
 Procurator Dni Dni Stephani Siasecki Causae Sandominien-
 sionis in publica audientia Mistris Dni personarum contributis, ex-
 hibita citatione executis, in causa occasione denegationis inci-
 sionis libera lignorum in sylvis Villa Borow, et aliarum rerum
 de quibus in actis concludi, et pro conclusu haberi per Dominum
 petijt. In praesentia Procuratorij Abbatiae, totiusque Conventus
 Monialium Monasterij S. Andreae Praevic Praevic Praevic et ad So-
 licipalium, qui impediendo petita partij adversae dupli-
 cationes pro parte dicti Conventus contra Repliationem partij ad se
 produxit, petens easdem admitti. Quarum copias Procurator
 Dni Dni Canonici, cum termino dicendi contra ad secundum
 Juris

Juris petijt, et obtinuit. Presentibus Adm. Pndij Domini Joanne
 Gembicki Inesnen Praeouien Canco S. R. M. Scerio, Simone
 Smolenski Decano Curuelouien, Bartholomeo Januszchowiez I. V.
 Licentiato Proposito in Xizgnice, nec non Insa. Joanne a Komorow
 Komorowski Poillatore Delrenti Vice Capitalis Praeouien, et alijs
 tectibus fide dignis quam plurimis. Anno quosupra die Lunae
 uigesima sexta Mens Aprilis Procurator Pndi Pndi Stephani
 Biasecki Cani Sandominien actoris, in publica audientia Domini
 exhibita Citatione ex euba, confirmationem Partis aduersa Citato non
 comparere accusauit, et in illius confirmationem in fauore occasionis ini-
 stionis lignorum in Syluis Pila Borow in Iudicio pterit uertente
 concludi, et pro concludo haberi petijt. Et Dominus ad postulata
 Actores partis in quantum terminus hodie est aliquis in causa
 huiusmodi concludendum esse duxit, et concludit Presentibus
 Adm. Pndij Pndi Pauli Bartenski, Jacobo Ottowski Canonis
 Praeouien, Bartholomeo Januszchowiez I. V. Licentiato, Prae-
 posito in Xizgnice, et alijs tectibus. Et Actis Actorum Ser-
 uatis, et Adm. Pndi Pndi Petri Gembicki Decani Praeouien
 Custodij Inesnenij S. R. M. Scerio, et Sede vacante Episcopi
 spatus Praeouien Administratorij sub sigillo Pndi et Pndoni Pndi
 Joannis Malachowski Episcopi Praeouien Pndi Senensia extractis
 Anno Dni Millesimo Sexcentesimo trigesimo tertio, die uero
 Lunae decima nona Decembrij. Procurator Pndiarum Abbatis
 Istinijs Conuentus Monialium S. Andreae Praeouien, coram
 Domino in eius publica audientia personate comparere dixer
 appellatione a Sententia in causa occasione prohibitionis ini-
 stionis

= sionis signorum, delegatorum, passuorum, aliarumq; rerum
 in processu eundem causa specificatorum coram Domino nota
 et uentente pro parte Ladi Dni Stephani Siasecki Canonici
 Sandominici Lata uerbo interposita responderi, et Apostolicas litem
 sententiales sibi concedi petijt. Et Dominus respondendo quo
 ad effectum deuolutiuum non uero quoad superiorem appel-
 lationi huiusmodi deulit et Apostolicas litem sententiales concepit,
 dicto Procuratore iterum a non delatione ad effectum superio-
 rum appellante. Presentibus Nobilibus Petro Poniatowski,
 Alberto Opechowski Notariis publicis, et tribus uiris fidei
 Ex Actis Actorum Ser M^o, et Adm Ladi Dni Erasmi Kretke-
 ski Cantoris Wladislawensis sacri sacrorum S. R. M^o Secretarij
 Vicarij in sp^olibus, et Officiali generali sacrorum exaltatum, et
 sigillo Ser M^o et Ladi Dni Nicolai Oborski Episcopi Lao-
 zicensis, Supraganei Scholastici, Vicarij in sp^olibus, ac Off^o
 generalis sacrorum communitum. Stationatum per Albertum
 Szymanowski Publicum Notarium. Ex Actis Actorum Episcopatus
 Sacrorum, nec non ex Iuribus, documentis, Instrumentis, et scripturis
 authenticis, et originalibus in Processu causa presentibus per utramq; par-
 tem adductis et productis sub sigillo supramemorati M^o et Canonici
 Dni Joannis Matachowski Episcopi Sacrorum Ducis Sandominici
 extractum.

(L. 5)

Christophory Myszczyński Sublatus
 Sacra Auctoritate Apostolica, et
 Actorum Curia Sub M^o C^obitu
 Notarius.

Mandati

Mandati Procuratoris pro Dno Praenico Georgi producti
tenor est talis

Anno Dni Millesimo Sexcentesimo octogesimo nono, Die vero Jovis, decima
mensis februarii

Coram Officio Aulico, presentibus Consistorij Praenici personarum constitutarum
M^o et Adm^o R^o Josephus Georgius, Eutarum Praenici Decanus Vi-
-lucensis, Archidiaconi Inesneasi Sandominien Praenici Prae-
-sidentis, Principales omnesque meliores, quibus de iure forma, via
de style potuit, ac debuit modis in suos veros, legitimos, et indubitatos
Procuratores et Mandatarios Adm^o R^oum Societas aibi Prothytorum
Nobiles Matthiam Kolinski Franciscum Wloskiewicz Alex-
-andrum Groszkiewicz Reuerendama Nuntiatum Aplice Curiae
-larum Procuratores, Gnales, et Speciales qualitates perspicuali-
-tatem, et e contra non derogando, cum solitis variabilibus, re-
-laxationibus, et indemnitatibus clausulis facultatis, sicut, vel
-plura Procuratorem, vel Procuratores cum simili, uel limitata
-potestate in suum locum substituerent, eumque seu eos toties quo-
-vis opus fuerit reuocandi, eorumque huiusmodi mandati in se-
-ruius reassumendi in solidum fecit, constituit, et solemniter ordi-
-navit, ad eiusdem constituentis nomine, et pro eo ipso in omnibus
et singulis causis suis, occasione quarumcumque rerum, iniuriarum
-pretensionum coram quovis iudicio et subditio, tam spirituali,
-quam seculari moti, et moneo, signanter tamen in causa inter
-Religiosas, ac Beaticas Virgines Abbatissam, totumque Conuentum
-Monialium S. Andreae Praenici Ordinis S. Clarae, occasione
-ademptionis fundorum, Sylvarum, nemorum, agrorum, etiam
-rerum futuri in prima instantia Proce^o huiusmodi Causae
coram

coram Iudicio Illius et Reverendi Domini Episcopi Praemonstratensis, et ventis
 et ad Tribunal Reverendi Nuntii Apostolici per viam Appelationis
 devoluta, obloquens comparandis causis defendendis omnes, et singulos
 Iudicarij et appellatorij Processus terminos tam substantialis, quam
 accidentales observandum, exceptiones quasvis tam in acceptis,
 quam in Negotijs principalibus opponendis, Juramenta calumniae malitiae
 delatoriae, retractoriae suppletivae, evasivae, libi decisivae, et alia
 licita, et honesta in animam sui Constituentis prestanda, et ad
 adversum prestari urgenda. Iura scripturae, monumenta, et authe-
 ntica documenta ad causam, et causas quomodolibet necessaria
 producenda contra producta adversae partis excipienda, Decreta
 quaecumque, tam interlocutoria, quam definitiva in favorem sui Con-
 stituentis fieri publicari, et debite executioni demandari petenda
 a contrarijs ad quem de iure appellandi appellacione, prosequenda,
 ac omnia obsequia faciendae gerenda, et exequenda, quae ipse
 met Constituentis faceret gereret, et exequeretur, si praesens,
 et personaliter adfuisset, etiam si tabulae essent quae magis spe-
 ciales, quam praesentibus est et proprium exigent Mandatum,
 abis in ^{forma} Mandati Privilegiati amplissima, et perfectissima
 omniaque relevantia Praesentibus Concathedralibus Notarijs.

Ex Protocollo Reverendi et Reverendi Domini Nicolai Oborski Dei et Apostolicae Sedis
 gratia Episcopi Praemonstratensis Suffraganei, Scholastici Vicarij in Spalibus, et
 officialis Inquisitoris Praemonstratensis Actorum sub sigillo eiusdem extractum

Adam Styrkowski Phil. D. Magister
 Publicus, et Actorum Consistorij Praemonstratensis

(L+S)

Declaratio Appelationis pro Dno Georgi sub hoc Actu secundo
 producta tenoris est infrascripti

In nomine

In Nomine Domini Amen. Presenti publico Appelationis Instrumento curti
evidenter pateat et sit notum. Quomodo Anno à Nativitate Domini
Nri Jesu Christi Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Octavo
Indictione Romana Undecima Pontificatus Smi Dni Nri Dni Inno-
centij Divina providentia Pape eius nominis Undecimi feliciter
moderni, anno ipsius duodecimo die vero Decima sexta Mensis
Junij. In mei Notarij publici testium infrascriptorum, ad id speciatim
rogatorum, et adhibitorum, presentia personarum constitutus Adm.
Andr^s Stephanus Sicieta actu Presbyter, uti, et tanquam M^rij
et Adm^s Andri Josephi Prioris Abbat^s Decani Velunens^s Canonici
Sardomines^s Mandatarius Appelationem à Decreto interlocutorio
Judicij M^ri et P^rodm^r Dni Joannis Malachowski Dei, et A^plica
Sedis gr^a Episcopi Cracovien^s Dⁿis Severis sub die Lunæ decima
- quarta Mens^{is} et Anni current^{is} facte in causa inter suum Principalem
ex una, et Religiosas ac Dedicatas Virgines Ordinis S. Clare Con^{tr}ij
Cracovien^s ad Sctum Andream Civitatis partibus ex altera ratione occupa-
- tionis certorum fundorum, et aliarum rerum, prout in Processu fusi-
- continetur intra legitima Juris tempora interposuit, et inseruit tali
sub tenore. Coram Vobis Domino Notario publico, uti persona publica
et authentica. Ego Stephanus Sicieta actu Presbyter M^rij et Adm^s
Andri Josephi Prioris Decani Velunens^s Canonici Sardomines^s Mandatari-
- vus compareo, omni meliori modo, via, forma, et stylo, animo provo-
- candi, et appellandi à Decreto proteriti interlocutorio Judicij Episcopali
Cracovien^s supranominati inter M^rem Principalem ex una, et Religiosas
ac Dⁿas Dedicatas Virgines Ordinis S. Clare Con^{tr}ij Cracovien^s ad S. Andream
occasionem usurpationis certorum fundorum, abolitionis videlicet,
aliarumque rerum, uti fusi^s propositio originali obloquitur, ex eo
quod licet ego seu veritas Adm^s Andri Ludovici Warkawier mei
M^rij Dni castituentis Procurator Documenta authentica originalia
Decretar^{um}

Decretis, et controversiis partium lata in fauorem mei Dni Constituentis
 et ipsius Canonici, quoad fundos controversos iudicialiter exhibuerit.
 Submissionem Decretorum Virginiae de decumatione, et restitutione
 controversorum fundorum, et partitionem Decretorum produxerit, malamque
 fidem predictarum Monialium omni meliori methodo in praefatis Mo-
 nialibus arguerit, nec posse locum prescriptioni pertransa adinueniri
 contra Decreta et controversiis partium lata intulerit, alias rationes iuri-
 dicas et Legales allegauerit. Nihilominus tamen Iudicium Episcopale
 Praemonien non minus nulliter, quam iniuste predictas Moniales ipsorum
 Conuentum ad probandam prescriptionem contra Decreta in rem iudicata
 transacta mediante Decreto suo interlocutorio (si dici meretur) admisit
 meumque Principalem enormiter laedit, et aggravauit. Quo quidem Decreto
 probenso sentiens enormiter se esse laesum, et grauatum, prout Vobis
 Dno Notario Aplice appellauit, et appello, subiucendo meam Praefalem
 et causam illius tuitioni, et protectioni Illmo et Rmo Dni Nunciij Aplici
 in Regno Poloniae commorantis, quare idem. Acta haec sunt Praemonie
 in domo Residentia mea, Anno, die, Mense Indictione Pontificatus qui-
 bus supra. Possentis Excellentiae Andreae Sokolowski Phil
 Doctore, Nobili Dominico Kasprzycki Almo Academiae Praemonien
 Studioso Testibus cura praemissa adhibitis, et rogatis.

Ioan. Signi
 Notarij publici

Et quia Ego Fran. Jacobi Wenson Phil Baccalaureus
 Publicus Sac. Aulicae Aplice Dignitatis Praemonien Notarius
 praesens Appellanti coram me facta, una cum praedictis
 Testibus praesens interfui, eaq. omnia, et singula dum sic, ut
 praemittitur fuerit, et agerent, audivi, ideo praesens publi-
 cum Instrumentum manu mea propria scripsi, et subscripsi
 signis nomine, et cognomine meis solitis, et consuetis, quibus
 in talibus mediante Aulica S. Sedis Aplice utror
 communis, et obsequium rogatis, et requisitis

Actus 3^{us}

Actus 3^{us}

Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Octogesimo Nono, Die vero Veneris
decima octava Mens Martij Varsovia. Pro Mri, et Adm. Rndi Dno
Georgi Canco Sandominien contra Ad. Moniales Gruentis Praevicent ad
Sanctum Andream.

Coram Per Mri et Rndi Dno Francisco Fascia J. V. D. Prothonot.
Aplice Curiae Mri et Rndi Dno Jacobi Cantelmi, Dai, et Aplice
Sedis gratia Archiepiscopi Casava Sni Dni Nri Dni Innocen-
tj Divina Providentia Papa xi. Praelat. Domestici, et Astij-
tentis, eiusdemq. S. Sedis Aplice apud Ser. Joannem Tertium
Polonia Regem. Potenspinum, totumq. Regnum Polonia, et Ma-
gnum Ducatum Lithuania. Curia facultatibus Legati de La-
stere Nuntiij Apostolici, Gnali causarum Auditoris, et Iudice
Comparuit personat. Nobilij Matthij Kolinski Procurator
suprascripti Ser Mri Dni Georgi Canco Sandominien Actoris
et Appellantis, et in termino hodierno, referendo se ad priorem
instantiam sui in causaocatione feudorum in finitate
Zawichostbensi consistentium, et ad favoritatem Sandominien
sui Popalis spectant. his in Actis factam pro admissione Appella-
tionis inscribit. Salvo q. omni q.
Qui Rndus Dni Auditor Generalis Sedes q. Auditoris q. Curiam
presentem distulit ad primam Juris q. Curiam q. Curiam
Adalbertus Kwarczynski Curia.

Actus 4^{us}

Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Octogesimo Nono Die vero
Mercurij Vigesima tertia Mens Martij Varsovia
Lecta Die Vigesima tertia Mens Martij Varsovia
Pro Mri, et Adm. Rndi Dno
Josepho

Die vero Luna decima octava. Mense Aprilij. Varsavia
Per M^{ro} et Adm^o D^{no} Josepho Georgi De
reano Vicarum Curie Sandominicae contra R^{el}.
Virgines Alaiiam totum Conuenerunt Caucien
S. Andreae Apli. Ordinis S. Clarae

Coram Per M^{ro} et Adm^o D^{no} Francisco Fascie. V. D. Prothonot. Aplia
Curie Mon^o et Adm^o D^{no} Jacobi Cantelmi Dei et Aplie Sedis
gratia Archiepiscopi Casarua. D^{no} Dⁿⁱ M^{ro} Dⁿⁱ Inascentij
Nivina Providenti Papa X. i. Praetari Domestici, et Assistentij
eiusdemq; S. Sedis Aplia ad Serenissimum Joannem Tertium
Polonia Regem potentissimum, totum Regnum Poloniae, et
M. D. L. cum facultatibus Legati de Latere Nuntij Aplia
Gnati Casuarum Auditoris et Iudicis. Comparuit personat^r M^{ro}
Mathias Kolinski Procurator supra dicti Per M^{ro} D. Georgi Can^o Sa
dominicae Actoris et Appellantis, et in termino hodierno referendo
primum intentio^{is} in ista^m Curia^m Sandominica^m et in
vobis^{is} Curia^m, et in Curia^m Sandominica^m et in
Curia^m Sandominica^m per M^{ro} D. Georgi Can^o Sa
dominicae Actoris et Appellantis, accusata contumacia Partij ad
et Actis legitimis incidenti, accusata contumacia Partij ad
non comparuit, et in eius contumaciam referendo se ad rationes
suas adductas, et ad Procepum, ac Documenta producta, quandoquid
idem ex iisdem constat post sententiam Anni Millesimi quingentesimi
Nonagesimi primi plures intercepisse sententias coram Iudicis Epis
copali, et Consistoriali Caucien cum iisdem Monialibus citatis rati
one controversorum fuadorum ad sui Pr^oncipalium Curiam Sandominicae
pertinentium, et in Oppido Monialium Zawichost dicto sitorum
per quos

per quos interrupta est possessio earum vel quatenus etiam non adesse
 interruptio, nihilominus tamen clarum est de iure contra sententiam, quae
 fecerunt transitum in rem iudicatum non procedere prescriptionem et
 tamen Illius, ac Rodericus Dnus Episcopus Praemonstratensis, a quo Moni-
 chales praedictas ad probandum eandem prescriptionem admisit. Ita Appella-
 tionem a praedicto Decreto Episcopali Praemonstratensi per suum Dnum Princi-
 -palem, ad praesens Tribunal interpositam admitti, Jurisdictionem suam
 ultionem Praepositi Secarii, locum loci ad ultimum citandum deputari
 petijt. omni &

Presente Nobil. Francisco Wloszkiewicz Religiosa ac Deo dicata Vir-
 -ginis Abbatisa, et totius Conventus S. Andreae Praemonstratensis Procuratore Salvis
 admisioni Appellationi petita locum non esse, primo quia ad Tribu-
 -nat praesens haec in causa non est appellatum, cum appareat ad col-
 -lucem Decreti Appellationem esse interpositam ad Curiam Romanam,
 quam etiam Appellationem vigore Instrumenti Romani scripti et
 suis Principibus intimati, Roma adversarius se prosequaturum
 declaravit, et omnes Proventus eo fine ne causam hic in Polonia pro-
 -sequatur revocavit. 2do. Quia sua Principales ad Curiam Roma-
 -nam virtute praemissarum Appellationum Informatae, et Proventus
 miserunt, unde ibidem causam, et Appellationem suam se se atten-
 -tate declaravit, quo stante Adversarius recurrere ad Tribunal
 praesens auctori nequit, donec suis Principibus illud totum quod in
 Curia Romana, et pro eadem exspectant restituat. 3tio. Quia
 Decretum admisionis suarum Principalium ad probandum prescriptionem
 in nullo gravat Partem, nec parimit causam, si enim sua Principales
 non evincunt prescriptionem, tunc Adversarius saluum ius suum
 habebit

habebit. 4to. Quia istud Decretum est interlocutorium. Sacrum
autem Concilium Tridentinum vetat admitti Appellationes a interlocu-
torij. Præinde Appellationem præteritam adversarij regij, et causam
ad Dñum Iudicem, à quo remitti, Anonij Appellatam in damis et litij
expensis condemnari petente. Salvo & omni &

Et Ordines Dñij Auditor Gnalij Sedens & auditus & habuit terminum pro
servato, et ita & omni & Adalberto Skwarzynski cancellarij.

Quem aperiendo prefatus Ordines Dñij Auditor Gnalij & Appella-
tionem admisit, et recepit Jurisdictionem fundavit, et ad ulterius
procedi mandavit, locum loci ad ulterius citandum Valuy Eccle-
sial Collegiata Parsaviens, seu Ostium Palaty Nuntiatum Aplice depu-
tavit. Et ita & omni & Adalberto Skwarzynski cancellarij &

Reverentis Procuratorum copiatim producta sunt et huiusmodi
Ego infra manu propria cum idoneo Teste ad hunc Actum, et inscriptionem meam
iam iam peractam specialiter rogato subscriptus, tenore atq; vigore
presens notum, testatum, factis omnibus, et singulis, singulariter vero
quorum interest, nec interire oportet præcipua Juris, siue Iudicio
coram quo Causa mea, me inter, et Sarcimoniale ad Scrum Andream
Cracovia dimidium Zawichost, et cetera libello Convencionij inserta con-
veniens hucusq; litigiose ventilata, quod in prefata Causa eiusdemq;
petente Instantia hucusq; voluntarie constitutum Patronum Causa
et ab eodem, tum à me, tum ex sibi concessa potestate substitutum
videtur Mroem, et alim. Ordum Dñum Ludovicum Warkowicz Parochum
Opatowicem sua Celsitudinis Illmæ Episcopi Cracovien pl. tit. Juris
Subjactorem, necnon alim. Ordum Dñum Stephanum Sclietam, omni
eos, qui quidpiam in supra fata Causa meo nomine Procuratorij
gesserunt

gesserunt mandata generalia, siue specialia habuerunt, maturo
 deliberatoque Consilio ex tunc, et in optima forma, prout de iure
 vel consuetudine valere potest urgentibus ex causis expressis res-
 uocatis uelim, prout hinc supra specialiter, et generaliter
 nunciatis, eorum plenipotentiis, et qualiacumque Mandata per
 expressum casum, reuocata, et annullata deinceps quod in supra nomi-
 natis praesertim causis acturi, uel gesturi sunt nihilominus
 rati habituri. Porro eadem uoluntate, et protestatione ad Decretum
 cuiusmodi cuius commemorati Sanctionales ad S. Andream Craui-
 cium praetensa mea praescripta pronuntiatum fuerunt, ut pote
 per illud in iudicio grauantur ad Sedem Apostolicam S. Patris Nostri
 Nostri Innocentium Undecimum solemniter, solemniter, et solen-
 tissime prouocari, et Appellari, et ad hunc finem conuenienter ab
 Illmo et Celsum Episcopi Crauicium pl. tit. Suffraganeo, et in spiritu-
 alibus Vicario Nostri, uel a quocumque qui iurisdictionem habet
 Apostolicam Cerecentiale, instantur, instantur, instantur, et
 Flagito, quemadmodum id ipsum secundum Stylum Curiae Romanae
 a nobis supra facti Decreti me grauantur hic locorum instantur
 peti, et impetraui. In pleniorum huius Contestationis fidem, et robur
 me manu mea propria, cum supra nominatis rogatorum conteste-
 atum subscripsi et sigilli consueti munimus. Actum Olomucij
 Die 3^a Mens Julij Anno Millesimo Sedecentesimo Octuagesimo Octauo

(L+S)

Josephus Georgius Decanus Nostri
 Curiae Sandominien

(L+S)

Caro Ferdinand. Tamler N. P. D. Coniuncto-
 riali Olomucensij Advocatus Iuratus

Actus 6^{ty}

Actus Cens

Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Nono, Die vero Junii
Decima Sexta Mensis Maij.

Lecta Die Vigesima

Pro Mri ac Adm. Rnd. Dni Josepho Georgij Pars
Sandominien contra Rndm. Abbatem, totius Mony.
terium Praesid ad Sanctum Andream

Coram Per Mri et Rndms Dni Fran. Tancie J.V.D. Prothonot. Aplice, Curiae
Mmi ac Rndm Dni Jacobi Cantelmi Dei, et Aplice Sedis grae Archiepisci
Cathedrae Sni Dni Nri Dni Innocentij Divi. provid. Papa X. Praelati Domestici et
Assistentij eiusdem Sedis Aplice apud Serenissimum Joannem Tertium Poloniam
Regem potentissimum, totius Regnum Polonia, et M. D. cum facultate Legati de
Latere Nri Aplici Gnali Causarum Auditoris, et Iudicis, comparuit personae
Mri Mathias Kobiaski Procurator supradicti Mri ac Adm. Rndi D. Josephi Georgij
Canoni Sandominien fundi Kuriera Actoris Principalis, et Appellantis, et intermissio
hodierna, ea citatione debite executae, provenientem accusata contumacia
Rndmae Abbatisse Monasterij Monialium Praesidentis ad S. Andream tanquam
Oppidi Zawichost hereditarum Citatarum ex adso. vinculum et in eorum
contumaciam in uim ulterioris processus, produxit acta prima Instancia, tum
quoque nonnulla Documenta ad causam praesentem facientia, quae admitti, et
terminum ad informandum praefigi postulavit. Salvo & omni &
Praesente Mri Fran. Wloskiewicz Rndae Abbatisse, et totius Monasterij con-
suetudine S. Clarae ad S. Andream Praeside circa approbationem productorum
ea adso. documentorum, sed salvis oibus exceptionibus contra eadem reseruat,
Copias earundem ad Mensem dari petente Salvo & omni &
Qui Rndmus Dnus Auditor Gnalis Sedis & auditus ultra Processum, man-
davit communicari Iura producta ad primam Instanciam. Et ita & omni &
Adalberto Skwarzynski Cancellario

Documentorum de quibus supra tenor sequitur.

Anno

Anno Dni Millesimo Quingentesimo Nonagesimo tertio, Die Lunae
Vigesima Septembri

Procurator Dni Dni Adam Stanichael Cani Sandominens' Legitimus,
in hoc Actum in audientia publica exhibita Sententia Definitiva per Rndum Dnm
Joannem Tarnowski Sede Vacante Episcopatu Administratorem
in causa occasione certorum bonorum ad Canicatum Sandominens'

fundi Kuniuka, cuius ad presens Status Principali suis exat
possestos spectant, et pertinent, illorum occupatione pro Canonicis Sar
dominens' in et contra Abbatiam, totumq' Conuentum Monialium S. Andre
facere lata et promulgata, et quae iam in rem iudicatam transit
non prosecutionem Appellationis per biennium per Abbatiam, suam
Conuentum, executionem huiusmodi decerni, literasq' executoriae in

forma solita extradi mandari per Dominum petijt, et postulauit
Et Dominus quia iusta petenti non est denegand' petita decernit
provisis tamen moderatione expensarum, tempus vero executioni huius
modi spatium quatuor septimanarum praefixit. Presentibus Mltis Dnis M:
berto Skotowski, Martine Popinski, Matthaeo Moiacowski, et Consistorij
Notarijs - Anno quo supra Verevij vigesima secunda Octobrii. Procura
tor Dni Dni Adam Stanichael Cani Sandominens' iuxta exigentiam

termini hodierni ex limitatione Domini adueniens, audientia publica
exhibito Reperbo expensarum factorum in causa occasione occupa
tionis certorum bonorum ad Canicatum Sandominens' sui Principali
spectant, et pertinent, nec non fructuum, et proventuum ex iisdem
bonis per Abbatiam, totumq' Conuentum Monialium S. Andre
conueniens a tempore perceptorum, et pro usu suo conuentorum eadem

petijt taxatio hae omnia in Registro hmoi contenta taxari, et moderari, ac dictam
Abbatiam, totumq' Conuentum ad soluendum illum iuris remedijs cogi, et
compelli

Moderat
 f. Judicem et compelli petijt, et postulavit. Et dñy expensis huiusmodi ad novem
 decem floren. pecunia Polonica. taxavit, solutionemq. eorum in
 spatio quatuor septimanarum decrevit. Ceterum quod attinet fructus
 et proventus per eundem conventum sic ut promissum est ex prefat. bonis
 perceptos eorum liquidationem ad aduersum ipsius memorati dñi
 Sandominens. cano. distulit, ut videlicet ipse met. dñy canonius eorum
 liquidationem faciat. Presentibus Nisi Alberto Kobowski, Thoro
 Carniecki, Luca Sutkowski, Martio Popirski, et Consistorij Notarij
 Anno Dni Millesimo quingentesimo Nonagesimo sexto. Luna decima
 quinta Ianuarij.

Magister Albertus Bokowski Rudi Adami Benichaelij canonici
 Sandominens. Procurator legitimus in audientia publica personaliter
 constitutus producta citatione debite ut apparebat executam, et
 contra Religiosam Virgineam Ansan. Bokowska Abbatis, totiusq.
 conventum Monialium S. Andreae sacros. ob Auditorio Domini ema-
 -nata illarum contumaciam citatarum, et in termino non comparuit
 accusavit, ac in hmoi contumaciam eadem in pristina excommuni-
 -cationem sententia, ob non paritionem rei iudicate, et resolutionem
 expensarum in causa occasione certorum bonorum ad canonicatum
 Sandominens. sui Pribly spectat. factarum iam dudum contra easdem
 locas, et publicatas, a quibus prefata Abbatis moderna, a prima
 notitia ad Monum, et Ludmum dñum Archiepiscopum Praepos.
 tanquam Iudicem secundae instantiae appellauerat vigore eiusq.
 Rndms. Paternitatis remissionis ad hoc iudicium potens pro ulteriori
 executione facti reintroduci, et reintroni, nec non expensis in hmoi
 causa in secunda instantia per suum Principalem expositis moderatione
 praemissa badea mandari debita cum instantia petijt, et postulavit.

Et Rndms.

Requidisse de
clarandis Mo-
nialibus in Sen-
tentiis Excom-
municatis.

Et Rōdny Dñy in consummationem hmoi Gofatam Abbatisam cum certis
Monialibus Conuentus S. Andrea in Literis suis prius excommunicatis
nominatis contra dictam Abbatisam, et Moniales occasione promissionis
extradit in pristinas excommunicationum sententias, et imponens, et re-
introducens mandavit, et imposuit, salua executione, et penarum per
Gofatum Canonicum Sandominien in secunda instantia factarum remaneat
Presentibus Nobilibus Dñy Albertus Potkowski, Stanislaus Swieykowski,
Joanna Brzezinski Notario Capituli Cracouien, et Condrj Notarij
Anno quo supra, die Sabbathi uigesima quarta Mensis Februarij

Submissio Mo-
nialium per Nrem
Troign de Anno
1596.

Nobili Stanislaw Troign Factor, et Procurator Conuentus Monialium
S. Andrea Cracou, ad infra scripta legitime prout de suo Mandato Procura-
torio Literis patentibus dicti Conuentus sub sigillis suis, uidelicet
Conuentuali, et Religiosa Anna Potkowska Abbatisa cum subscrip-
tione manuum tam eiusdem Abbatisa, quam aliarum Professorum
eiusdem Conuentus S. Andrea Cracou, Agnetj Domaracha Vicaria
Sophia Winarska, Helisatha Borkowska, et Anna Miodkowska
Cantoris in Anno p'senti, feria sexta ante festum S. Matthia Ap'li
emaneat, indubiam, ac sufficientem fecit fidem, coram Domino, Actis
Presentibus personarū constitutis vigore huiusmodi Mandati sui, rei
iudicata parenda, et predictam Abbatisam cum suo Conuentu Mo-
nialium S. Andrea Cracou a censuris Ecclesijs, quibus occasione occu-
pationis certorum bonorum in sententia definitiua per Rōdny Dñm Joannem
Tarnowski Propositum Cracouien, et Sede Vacante Episcopatus Cracouien
Administratorem Iudicem Surrogatum in Anno Dñi 1592. die
uero uigesima sexta Mensis Julij lata, et Actis eiusdem Dñi
Administrato-

Administrativis inscriptis specificatorum, atq; ad Canonicatum Sando-
 mimeri fundi Kuniere, et Poponire spectant nec non ratione expectandi
 in eadem causa factoris ad instructionem Rudi Dni Adami Stanichael, dicitur
 moderni Possessoris fuerant innodata, et liberant omnia et singula bona
 in predicta sententia contenta, et eadem predicti Canonicus S. Andreae
 ad iudicium deoccupavit, restituit, et libere dimisit, possessionemq; rea-
 lem actualam dictorum bonorum tradidit, prout et nunc iam deoccupat
 restituit, dimittit, atq; tradit. Dams et concedens eidem Rudi Dno Canonico
 omnem, ac plenariam facultatem predictorum bonorum omnium, et singulorum
 in sententia suprascripta expressorum, realem, actualam, corporalem,
 ac pacificam per Notarium publicum, et Terrastrem Ministerialem
 Regni Poloniae, quoscunq; et quoscunq; idem Dnus Canonicus sibi ad hoc Nego-
 tium assumpserit huiusmodi possessionem ac intruisionem capiend, appre-
 hendend, apprehensionemq; manutene, et illis bonis, una cum subditis suis
 libere, ac quiete uti fruend. In presentia Rudi Dni Canonici Comissa om-
 nino accepta, ac rogata Abbatis cum suo conventu de expensis omnibus
 in ea ipsa causa factis ad eadem Acta sufficienter quietand, et libere per-
 petuis temporibus faciend, atq; in absolutionem eidem a censuris Ecclesie
 quibus ratione Comissorum quomodolibet innodata extiterant libere, et
 expressis consentiend. Presentibus Vobis D. Stanislaw Swieczkowski,
 Alberto Borkowski, Joanne Milowski, Josepho Kretkowski, et me
 Martino Notario Actuario.

Ex Actis Rudi Dni Stanislawi Krasicki Archidiaconi Vicarij in Spalib
 ac Officij generalis Praevidi exactum, et extractum
 Anno Dni Millesimo Seccentesimo quarto, Die Luna octava Mensis

Martij Praevidi
 Comparsens personarum ioram Adm. Rudi Dni Hieronimo Regeraiski
 Archidiacono Praevidi, Menci, et Rudi Dni Bernardi Mauciewski Epis.
 2 copi Prae

= copi faciens Cancellario, Meq; Martino Klocinski Curia Casanum, et Actum
 eiusd; sua M^{ra} Felicitatis Notario ad Actum infra scriptum suscipiens
 ab eod; M^{ro}, et Andro D^{no} Bernardo Meiciowski Episcopo Casan^o specia-
 liter deputatis, Religiose, ac Dedicata Virgine, Susanna Wargeckowska
 Matrona, Anna Solistawska, Sophia Minarska, Anna Wikowska, Agnes
 Domaraska, Dorothea Mistkowska, Anna Polowska, totusq; C^{on}ventus Moni-
 alium Ordinis S. Clarae Monasterij S. Andreae intra muros Casan^o
 ad cratem sono Campana congregatarum ex una, et Andry Dⁿⁱ Adamy
 Stembalen Varmiensij et Sandominien^o Canonicy partib; ab altera san-
 mente et corpore cunctis recognoverunt, spontiq; et volens per eapras:
 sum hinc inde facti sunt quod cum ad Can^onicum et S^{an}ctam S^{an}-
 dominensem Ecclesia fundi Kunie, quem dictus Andry D^{ns}
 Adamus ad presens possidet et tenet legitime sors certa in Op-
 pido Zawichost Pr^obitarum Monialium Monasterij S. Andreae proprio
 et nominatim platea a Marchij Catten ad Monasterium Religiosor;
 Ordinis S. Francis^{ci} protensa ex antiquo, cum omni iure, dominio
 proprietate, fructib; ac redditib; emolumentisq; n^onis, et n^onis
 penitus exceptis pertineret, plerumq; differentia multa ex parte
 eiusdem sortis fructuum ex ea provenientium, regiminisq; illius
 ac onerum publicorum inter ipsas Moniales, et Canonicum pro tem-
 pore existentem exorirentur, et interirent, ipsi his differen-
 tijs viam precludere volens, idq; commutatione interveniente
 sortis eiusdem Canonicali in eodem Oppido pro alijs bonis Monialium
 ita quod dictus Andry D^{ns} Adamus Stembalen Canonicy
 sortem Oppidi Zawichost, seu platea ad Canoniam suam San-
 dominien^o pertinentem Religiose Abbatisse, totiq; Conventus
 Monialium S. Andreae Casan^o, Abbatisse vero cum suo
 Conventu

Conventu ipsi canonicis, eiusq[ue] canonicatus Ecclesia Collegiata Sando-
 =minens fundi Kuvica pro sorte seu platea Oppidi ipsius, agrum
 certum in fundo Villa Ostrow Monasterij S. Andreae hereditaria
 iudata viam a Villa Poponice canonicatus eiusdem Kuvica dicti
 versus Villam ~~by~~ Woniowoszyn Gnoji Dni Martini Iniewosz
 tendentem iacentem, in quo dum seminatur, viginti capsula fru-
 =mentorum hiemalium colligi possunt, Vna cum portione certa agri,
 per quam via predicta decurrit, in qua seminatorum hiemas
 =lium, ut plurimum sex capsula colliguntur, atq[ue] adeo via eadem
 ea conditione, ut ad partem eius eam inde distimitetur fundus
 Villa Ostrow predicta Monialium a Villa Poponice canonicali
 via eadem transferatur in vim commutationis perpetua, et irre-
 =vocabilis dederunt, resignaverunt, et abscesserunt, prout se
 dant, resignant, abscedunt, dant, et concedunt, sibi ad invicem
 bona supra recensita pro bonis, cum omni iure, dominio, proprie-
 =tate, tituloq[ue] hereditario, nec non cum omnibus et singulis eo-
 =rundem bonorum utilitatibus et commodis, nullis exceptis, tenent
 et possident temporibus perpetuis. In quibus quidem bonis p[er] sententiam
 commutata, iidem commutantes sibi realem intromissionem omni
 meliori modo, via iure, et consuetudine dant, et admittunt, et quod
 eandem sibi, suisq[ue] successoribus non adiacent, imo respectu eius
 quod se se tuebuntur, et evincunt se, et suos successores ab utroq[ue]
 =que sub penis canonicis obligant, hanc itaq[ue] commutationem
 bonorum modo praemissa recemitorum ad relationem Abbat[is] Dni

Dni Archidiaconi sui supra memorati, Mm[en] et Anonim[us] Dny
 Bernardus Maciejowski Episcopus Cracovien[sis], parte utraq[ue] id
 ipsum postulante eo perspecto ex revisione bonorum in
 huiusmodi

Approb. per
 tractus communi-
 tationis ab
 et. Cmo Ep[iscop]o

huiusmodi ante omnia per Commissarios suos peracta, quod ex aequo et
 bono facta fuerit in utilitatem, et commodum aequale utriusque parti cedat
 auctoritate ordinaria in omnibus punctis, clausulis et conditionibus prout
 continetur in actu superscripto admittit approbavit, confirmavit, actibus
 suis presentibus ad perpetuam rei memoriam inscribens decrevit, et
 inscribi mandavit. Presentibus Rado Jacobo Janidloue Bodriantino
 J. V. D., Alberto à Wartha Preposito Capella Regia Ecclesia cath.
 =drabij Cracouien Porantia dicto, Alberto Skorosowski, et me
 Martino Kłoczynski Curia Actorum sua M^{te} S^{te}l^{te} Notario. —

Presentatis Anno quo supra, die Veneris decima tertia Augusti. R^{ed}us H^{er}os
 Revisionis l^{ic} coram M^o Card^{inali} Maciejowski
 et ad Acta
 interbanda
 decrevit

—mus Sthenistaen Parmien Can^{onicus} et f^{id}os Sandominen^{ses} coram
 M^o et R^{ed}mo D^{no} Bernardo Cardinali Maciejowski Episcopo Cracou
 =ensi, Actisq^{ue} eius presentibus personaliter constitutus tenens et habens Literas
 certas papireas infra scriptas, revisionem certa sortis in Oppido
 Zawichost ad Canonatum Sandominensem fundi Kucice, cuius
 ille fuit ante possessor propria, nec non agrorum in fundo Villa Ostrow
 Conuentus Monialium S. Andreae hereditaria iacentium ad effectum com
 =mutationis dicta sortis Canonicali in Oppido Zawichost pro eisdem agris
 cum dictis Monialibus faciens per Commissarios certos in eadem revisi
 =one descriptos, facta in se continentes, subscriptiones manuum eorun
 =dem Commissariorum roboratas, et sigillis subappressis communiter pe
 =tuit debita cum instantia, ex quo commutatio dicta sortis Canonica
 =lis in Oppido Zawichost pro agris qui in eadem revisione
 specificantur, et ponuntur inter se, dum esset Canonicali memorat
 Sandominen^{ses} possessor, et f^{id}os Moniales, eadem revisione in ei
 contento mediante interceptis, ipsas ne aliquo casu deperirent
 aut uehantur

aut vetustate consummatus ad rei memoriam perpetuam ad Acta pro-
 sentia recipiend et in scribens decerni, recipiend et inscribi mandari
 Et sua Illma Celsitudo, visis eisdem literis, et diligenter examinatis
 illisq per omnia ab omni suspicionis nota alienis receptis eas
 dem ad Acta prefata recipiend, et de verbo ad verbum inscribens de-
 crevit, recipiend, et inscribi mandavit. Presentibus Rmo Hieronimo
 Rzezaiski Archidiacono, Luca Doctore S. Th. D. Canonico Praevien-
 et me Notario Klocinski Curia Aetorum sua Illma Celsitudo Notario
 Tenor itaq Literarum huiusmodi is est qui sequitur. In nomine
 Dni Amen. Anno Dni Millesimo Sexcentesimo tertio, die vero Vere
 vis Septima Mensis Decembris Indictione Romana prima, Ponti-

Revisio
 facta per
 Revisores
 in agris Mo-
 nialibus et in
 sortem danti
 in Zawichost
 de h. 1603.

ficatus Smi Dni Dni Clementis Papa Octavi. In mei Notarii publica
 et festum infra scriptorum presentia, Rm de Vrbis Joannes Wie-
 Licki Decanus, Matthias Klocinski Canonus Sandominiensis, Albertus
 Chamieel Plebanus in Potok Revisores per Monum et Adamum
 Dnum Bernardum Mauricevski Dei et Aplice Sedis gratia
 Episcopum Praevien diti et deputati ad descendendum, et conspi-
 ciendum portiones agri in Villa Ostrow Rm de Susanna War-
 pechowska Abbatis et conventus eius Scti Andreae Praevien, Rm de
 D. Adami Steinsalen Canonici Warmien et Sandominiensis agris
 in Villa Popowice contiguos, et adiacentes, quem agrum, suis ag-
 ros prefata Rm de Abbatis commutare intendit cum ipse Dno
 Canonico pro sorte quam habet ipse in Oppido Zawichost
 ad Canonatum suum Sandominiensem dictum Kunie spectant
 ipse Rmo Canonico ad haec etiam consentiente, sui Mandatis Illmi
 Dni Dni Episcopi Praevien, prefati Domini Revisores die
 ut supra satisfaciendo in locum dictorum agrorum descendunt
 et illos

Illustrarunt atq; in primis viderunt agrum iunctam viam, que
 tendit à Villa Popowice Canonici Sandominiensis versus villam
 Kamorszyn, que est Inos Martini Iniewosz, qui ager est
 contiguus agris Villa Popowice prefati Dni Jacobi Sandominiensis
 quem colunt nunc et possident subditi Inos Supracomiaci
 Abbatis de Villa Ostrow, ubi ipsi subditi de Popowice
 facti sunt ex crescentia frumentorum provenire, et penitus
 solere vel posse ad viginti Cassulas frumentorum, vel la-
 -citer quoties semina hyemalia mandantur terra, quem
 agrum Inosus D. Joannes Mikstaus Inwanowski Tenutarius bonorum
 in Zawichott nomine prefata Abbatis, et conventus eius offerrebat
 pro dicta sorte in Oppido Zawichott Dni Jacobi Sandominiensis, que
 portio agrorum, quia contigua est agris ipsi Villa Popowice
 et est ultra viam supra memoratam, que distimitat bona sine
 agros villa Ostrow, et Villa Popowice. Referabatur vero tum sub-
 -diti de Villa Popowice, quia ex antiquo spectasset prefata
 portio agrorum ad fundum Villa Popowice, ad quod ea con-
 -tiguitate illius, et situ via. credibile videbatur esse; Dis-
 -creverunt enim fuisse quendam subditum in Ostrow taberna-
 -torem qui habebat fratris sui filios, quorum pater dum
 erat superstes habitans in Villa Popowice colabat dictos agros
 frater itaq; eius dictus Wrona tabernator prefatus de Ostrow
 curam et tutelam habens successorum fratris sui colabat
 etiam prefatos agros nomine illorum ubi Patronus. Unde secu-
 -tam est, ut per Negligentiam Domini fundi, et propter ius
 Patroni, et continuatione usus longissimi, usq; ad hoc tempus
 dicti agri

dicti agri essent in possessione subditi de Ston Prælati Abbatissa
S. Andrea, et colerentur ab eis, contra cuiusmodi assertionem alle-
 -gabat Dñs Swanowski Tenentarius Villæ Ston, et Cawichost,
 quia illi agri nunquam essent fueri Villæ Popowice, sed
 pertinebant semper ad fundum Villæ Ston Prælati Abbatissa, verum
 ille Colonus dicti Prælati de Villæ Popowice ~~non pertinebat~~
~~non ad fundum Villæ Ston~~, et habitus ibi tenebat locatos sibi
 agros dicta Villæ Ston, qui ad fundum Ston pertinebant, non
 autem erant fueri Popowice Dñi Canonici Sandominiensis uti assertum
 quod nullo argumento probabat. Idem Dñs Swanowski ultra viam
 supra memoratam, addebat in supplemento, et in vim commuta-
 -tionis faciende pertinebant agri Prælati Abbatissa S. Andrea Dñi Canonici. In qua portione agri iudica-
 -bant subditi de Villæ Popowice posse erari, et exire ad
 sex cassulas frumentorum, et ut limæ certis, et perpetuis esset
 nullaq; occasio foret deinceps discordiarum, et sic inter Prælati
 bona, promittebat iter antiquum translatum seu bona Ab-
 -batissa in locum illum, ubi de novo dividerentur, et secerne-
 -rentur bona Villæ Popowice à fundis Villæ Ston per
 portione agri, que iura commutationis Dñi Canonici Sandominiensis
 cedere debet, que omnia ita facta Dominici Reutorg in
 agro viderunt, describit mandavit. Tandem Dñs Reutorg in
Oppido Cawichost veniens, lustraverunt partem illam Oppidi
ad Lobendam Sandominiensis pertinentem. Scius per vim olim
Tenentiariorum Prælati Abbatissa S. Andrea, et conventus eius
 tum et per negligentiam anteceptorum Dñi Canonici Sandominiensis dominici
ademptum nonnullum integre Dñs Adamus Stheimchalen moder-
atus Prælati

= nus Possetor Præbenda Kruice recuperavit, videntur tamen Dⁿ
 Revisory domos, et areas vacantes continuis ordine sibi invicem
 et coherens usq; ad Claustrum Ordinis S. Francisci incipiendo à
 Macellis Sani Zawichostan, iuxta quæ domus est in circo
~~quæ plateam~~ quam nunc possidet S^ronidus Vicensis Oppid^o
 = nus Zawichostan, quæ domus est prima ut supra in circo per
 plateam, quæ venit à Sandomiria, et hoc modo tota pars cas
 = niæ pateat, et extendere se videbatur usq; ad Claustrum Mona
 = terij S. Francisci, de cuius sortis quantitate licet impedierint
 Locum ipsum Dⁿi Revisory impetendo etiam contenti, ~~De~~
 = creti quò S^ronidus S^ronidus Sandomiriæ Sati prefatam sortem
 adiudicanti, et circumscriptanti. Nihilominus tamen propter usum
 per multos Annos intermissum illius, et ab antiquis temporibus
 per adversam partem occupatum, et ademptum plene in
 telligere neq; perspicere potuerunt quantitate sortis Dⁿi
 Casimiri, ^{quia} tunc ex adverso S^ronidus Nicolay Iwarowski Tenuta
 = riuus prefato Radmæ Abbatis negaret tantam quantitate
 sortis Dⁿi Casimiri, et ut ostendebat asserendo eam ad minus ^{ita} ~~strin~~
 debere, quæ omnia et singula pro utraq; parte ^{ita} ~~visa~~, et notata
 Dⁿi Revisory scribi, et ad Ill^{mo} S^ronidum Episcopum
 Cracoviensem transmitti mandaverunt sigillis suis apponitis, cum
 manuum subscriptione Præsentibus S^ronidus Nicolay Iwarowski
 Christophoro Podleski, et Nobilib; Joanne Brzezinski
 Gregorio Garbowski Tamari Stanislas Kavadz Advocato in
 Zawichost, et me Joanne Dobak Sacrae Aulicæ auctor
 = publicæ et Actory presentis Notario ad hoc vocato, et requisiti. Jo
 = anney Wielicki Decanus Sandomiriensis. m. p. Matthias
 Wlosinski

Włostynski Canonus Sandomien. m. p. Albertus Charniec. m. p.
 Ex Actis Actorum Mri et Lndni Dni Bernardi Maciejowski Dei
 et Aplice Sedis Gratia Episcopi Cracovien. sub sigillo Sertm. et
 Lndni Dni Mislai Tborzki eadem gratia Episcopi Lodovici Suf-
 fraganei Scholastici, Vicarij in Spiritualibus, ac Officialis Curie Cracovien.
 extracti et extractis

(L+S)

Adam Szyrkowski D. L. Collega Nos-
 Publicus, et Actorum Curator Cracovien. Notus

Stanislaus Krasinski Archidiaconus Vicarius in Spiritualibus ac
 Officij gratia Cracovien. Honorandi Viri Vicarij Ecclesie Catholice
 omnium Sanctorum Cracov. catensis tenore ptes. requirendi salutem in
 Dno. Vobis in virtute Sita obedientia, et sub Ldectionis p. dno Mandamus
 quatenus ad instantiam Anri Dni Adam Scheinchaet Cani Sandomien.
 personat. accedens Religionis Sophiam Wiberkowska Abbatisse
 Agnetem Miodkowna Lutodissam, et Sophiam Winarska, totumq.
 Contum Monasterij Scti Andree Cracovien. ipsa uno edito pro tribus
 ac peremptorie Citatis, quas etiam nos ptes. citamus, ut coram Nobis Prae-
 sencia in domo Nra solita residentia prima Juri ab executione ptes.
 iuridica exorte, aliaj immediate sequenti hora tertiarum audientia
 fieri consueta legitima ac peremptoria per suum Legitimum Procurator.
 eorum compareant, ad vidend. et audierend. omnes et singulas expensas in
 causa occupacionis eorum bonorum ad Caritatem Sandomien. spectan.
 factas, nec non fructus, et proventus ex eisdem bonis per Abbatisam a tempo-
 re occupacionis percipitos, et pro usus suo convertos taxari, et moderari
 ac ad solvendum iuris remedijs cogi, et compelli, ac ad alia, que
 iuri et iustitia erant faciend. Dat. Cracovien. in diebus Nris die
 Vigesima octava Mes. Septembris 1593. Nro Subsigillo

(L+S)

Sebastianus Publicus
 Actorum Sive Radna
 Dominacionis Notarius m. p.

Inmationis

Intimationis à tergo descripta tenor est eiusmodi
 Anno Dni quò intro die ueri uigesima Nona Mens Septembris. Eps
 Francisus Pilsner Vicarius Omnium Sanctorum Ecclesie Collegiate
 Racouice p[re]sens Mandatum executus, quia accedens personis
 contentis, ad quas personaliter iui, citauit, terminum, assignauit, p[re]sent
 mandatum.

Connotationum per Notarium pariter à tergo superscriptarum
 Citationis factarum series est talis

Anno quo intro, die ueri Veneris prima mens Octobris oblati, et
 Dominus ad octauam distulit

Anno quo intro, die ueri Veneris octaua mens Octobris oblati, et
 Dominus ad petitionem partis ob hanc concordia limitauit ad quindena

Anno quo intro, die ueri Veneris uigesima secunda mens Octobris oblati
 una cum legem expensarum, et Dni Legatum approbauit, solutionem
 Decretum in spatio quatuor septimanarum

Canonatus, et Præbenda Kunicka, cuius canonici Venerabilis Dns
 Samuel Maciejowski qui per Jacobum de Kunice Factorem tanquam
 Procuratorem suum comparuit, et iurauit. Habet Villam Kunice
 que censuat. Item habet aliam Villam Popouice post Vyslan
 de qua censuat. Item in Kunice habet decimam manipularum
 ex agris Cmetonum. Item Canapalium. Ex Libri Beneficiorum
 Reuocationum Ecclesiarum Parochialium Diocesis Racouice
 extractum sigilloq[ue] Vrb[is] Ecclesie Cathedralis Capituli com-
 -munitum

(L+S)

Thomas Nykowski Vrb[is] Capituli
 Ecclesie Cathedralis Racouice Secre-
 tarius n[ost]ra

Præbenda

Præbenda Kuniczka

Præbenda Sandominensis Kuniczka à Villa principali sui fundus co-
gnomen Kuniczka sortita est, quam nunc possidet Jacobus de domibus
Nobilis de armis Grymata. Adhuc et Ecclesia S. Mariae Pavo-
=chialis in Zawichost fructibus Villis et Decimis fundata et dotata
est, et in eundem illius Canonici Præbenda Kuniczka unicuique est
Collator et Patronus. Præbenda Ecclesia S. Mariae de Zawichost, cuius intro-
=itus agros emur iam describere.

Kuniczka Villa sub Parochia Ecclesia de Woyickowice sita fundus
est primarius Præbenda Sandominensis Kuniczka, in qua sunt Decemfarii
Catholici, et quilibet pro anno censu solvit unam marcam, Viginti
=tri Ova, unum caseum, duos capones, non solvunt avenam, neque triticum
Item laborat quilibet unam diem in Septimana pro proprio curru, aut
aratro, ducturas etiam faciunt, sed ad rationem dierum in Septimana
debitorum. Item ex silvis et nemoribus per Cmethones conductis re-
=netur unum currum lignorum pro Curia Kuniczka adducere, sed ad
rationem dierum in Septimana debitorum in qualibet hieme Septimana
Item est ibi una taberna habens agros, quæ non laborans solvit pro
Censu annuo unam sexagenam, et Brasca laborat pro Curia.
Item sunt ibi tres hortularie habentes agros quæ non solvunt ali-
=quem censum, sed quilibet Hortularius unam diem in Septimana
pedestiter laborat. Item est ibi Curia bona, et prædium bonum, de cuius
agris Canonici nulli solvit decimam manipularem, sed eam solus parci-
=pit, et in horreum suum inducit. Item lanæ Cmethones et agri taberna-
=toris solvunt decimam manipularem Præbenda Kuniczka, et eam
in prædicto prædium Kuniczka induunt, et caropalem per quatuor ie-
=rugas et ualor eius estimatur ad octo marcas. Item sunt ibi duo
piscinae mediocres, et una Sadrawka. Item in campis eiusdem Ville
sunt.

sunt aliquot paludes, in quibus pisces reperiuntur.

Item Villa eadem confinatur cum Villis Didziny, Stodoly, et Wojciecho-
-wice, et pro stagulis habetur continui monticuli alias Wiarzy. Pozo-
-wice Villa sub Parochia Ecclesie S. Marie de Zawichost sita fur-
-duy alter Præbenda Sandomiriensis Kunięcka, in qua sunt sex Lanci
Cmethones, quorum quilibet Canonico pro censu annuo soluit mediam
 Marcam viginti onas, unum Casum, duos Capones, non solunt avenam
 neq. triticum. Item laborat quilibet diem unam in septimana proprio curru
 et aratro ducturas etiam faciunt ad rationem dierum in septimana de-
 bitorum omnium necessariorum. Item est ibi una taberna habens ag-
 =ros quæ non laborans soluit pro censu unam Marcam, brasea etiam
 pro Curia laborat. Item sunt ibi dua hortulania non habentes agros
 quæ non solvant censum aliquem, sed quilibet hortulany unam diem
 in septimana pedetor laborat. Item est ibi prædium bonum Can-
-nicale, quod Cmethonum labore disponitur, et colitur, de cuius agris
 decima Manipularis solvitur Ecclesie Parochiali S. Marie in
 Zawichost. Item Lanci Cmethonales, et agri tabernatoris solvunt
 decimam Manipularem. Vicaria perpetua Sandomiriensis ad præsentem
 Præbendam Kunięcka pertinet. Item est Lacus in eadem Villa
 bonus, quæ fundatur a Wisla, et soluebat olim pro annuo censu
 Canonico duodecem Marcas, nunc sterilitate, et sabulo angustia-
 =tus soluit tantummodo pro censu sex Marcas. Piscatory tamen
 et Arondatory pro Canonico in Pozowice quolibet adultu tenentur
 pisces pro eius necessitate, et usu piscari. Item tenetur quilibet Cmetho
 et Lancus unam Mensuram Siliqini Curia pro hyeme, et alteram
 pro vere avena mensura Sandomiriensis arare, aspicare metere
 et in horreum condere. Item confinatur cum Castro, et Villis Zawi-
-chost, Koziny et Komorzyn, et pro limitibus Wiarzy.

Præbenda Sandominensium Kuniczka habet, habereq; consuevit Vicariam
 perpetuam in Ecclesia Sandominensium, cuius Canonici Kuniczki pro
 tempore unicuique est Collator, et Patronus, cuius nomen Joannes Skotnicki est.
 Vicarius, quod pro sua dote habet proventus infascetos. Popowice Villa, ut
 in superioribus primis sub Parochia Ecclesia S. Mariae de Zawichost
 sita est, cuius proprietas et Dominium ad Præbendam Sandominensium pertinet.
 In qua sunt sex Lanæ (methonales). Item una taberna habens agros de
 quibus omnibus absq; diminutione soluitur decima Manipulari, et
 per quatuor ierugas Canapali Vicaria præfata, et ducunt eam methone
 in horreum à Vicario locandum et ualor eius estimatur ad sex, aut
 septem marcas. Item sunt ibi duo hortulana, sed non habent agros, Molendi-
 num non est. Item prædium est ibi parociale, cuius agri soluent decimam
 Manipularem, ut primis Ecclesia Parochialis S. Mariae in Zawichost de
 Duboy Campis de terra autem Campi soluitur Vicaria præfata.
 Zawichost Oppidum habens in se Ecclesiam Parochialem S. Mariae præfata à Regibus
 prussis et Principibus Polonia opere uetusto ex quadam lapideis Infronsis
 modo fabricatam, cuius proprietas et Dominium ad Monasterium Sancti An-
 thoni in Prussia Ordinis S. Clarae, quod prius in eodem oppido
 situm fuit, et cuius adhuc extant reliquiae pertinet. In oppido eodem sunt
 tres domus et arca ad præfata Vicariam perpetuo spectantes, et eidem Vicaria
 censuales, quarum quilibet mediam Mariam, si braxat seruenisiam illo anno
 si autem non braxat ceruenisiam, extunc non tenetur solvere pro censu annuo
 nisi unum grossum. Item præfata Præbenda habet arcem prope Ecclesiam San-
 ctinice sitam contra domos Præpositi et Cantoris, contigua domui Sanctificationis
 ruha tamen in eo est structura, cuius longitudo protenditur usq; ad uiam inter
 domos Præpositi, Cantoris et Vice Præpositi decurrentem.

Privilegium. Privilegium. Ereptionis Ecclesia S. Mariae in Sandominivra
 In nomine Individua Trinitatis. Anno Millesimo centesimo uigesimo
 primo. Indictione Nona Quarta quarta concurrente primo, et Anno Secun-
 = nalis

Privilegium
 Ereptionis Ecclesie
 S. Mariae in San-
 dominivra

= natus ejusdem quarto decimo Dno Duce Casimiro in Polonia denominante ad
 petitionem Praevidi Episcopi Dni Petri Inesner Archiepiscopi consecra-
 vit Ecclesiam S. Mariae in Sandomirz, condumante Dno Fulcone Prae-
 = vidio Episcopo, Dno Vito Masovien Episcopo, et Dno Stephano
 Crivianen Episcopo, et Dno Arnaldo Lubusen Episcopo, cuius Ecclesie
 beneficia in Praesenti Privilegio continentur denotata, Capella de Zarnow
 cum suis redditibus, et omnes decuria castri eiusdem, cum redditibus ipsius
 decimis pertinentibus Capella de Polano cum suis redditibus, Capella S. Mauri-
 = tii de Zawichost cum suis redditibus, Capella de Siacieschow cum suis redditibus
 Capella de Zwierzow cum suis redditibus. Praeterea beneficia fori de Lukosin
 et decima harum Villarum Zycina Pomysl Piscatorz, Vnitorez Cobernicz
 Grocholici Polikonicy, Cuchicy Con Sacchia Con Cristonowicy Trzbanow
 Becchanow Racy, Mancosno, Lysowa, Pilene, Beragei, Janchowice, Poi-
 = renino Blischowice Dobeschow Sucholnici Polymbici, Bogunia, Petrow
 Kleanowo, Malechonowo, Nemanowici, Bogurlanici Gruncino, Bobrechaw
 Pustna, Margaosko, Mlodnici, Item Villa Canonorum Hendryskowice
 Sokolniki, Pistrasnici Linow, Marschow, Sarnow cum nona, et decimo
 fori, et zona, et decima taberna, et cum graso per totam Castellum sui-
 per homines Ducales Sedliche cum servis Gronow cum sanduarijs
 Ostrow cum servis Lodusinici cum servis. Et libri Beneficiorum Eccle-
 siarum Cathedralis, et Collegiatarum Diocesis Praevicis extractum

Thomas Mykowski Vobly Capitali
 Ecclae Cathedralis Praevicis Securius

Actus III

Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo Nono, Die vero Mercurij
 tertia Mensis Augusti Varsavia

Pro Mri ac Avni Rndi Dno Josepho Georgi
 Canonico Sandominien contra P.R. Moniales
 ad S. Andream Cnry Praevicis

Prim

Coram Illustri et Reverendo Dno Francisco Fasuo S. V. D. Prothotro et Officio,
 Curia Illmi et Reverendi Dni Jacobi Caselini Dei, et Apostolicae Sedis gratia
 Archiepiscopi Casarea Sini Dni Nri Dni Innocentij Divina providentia
 Papa Xii. Praeator Domestici et Altitanti eiusdem S. Sedis Apostolicae,
 apud Serenissimum Joannem Tertium Poloniae Regem potentissimum
 totiusque Regnum Poloniae et M. D. L. cum facultatibus Legati de
 Latere Nuntij Apostolicae Graetiae Auditoris et Iudicis Com:
 =paruit personae Nobilitatis Matthiae Kobinski Procuratoris dyva:
 =supti Dni Casii Georgij, et in termino hodierno ex citatione debi:
 =ti executae proceverunt, accusata contumacia, suprascriptarum
 R. M. Monialium Praeatorum ad S. Andream non comparuerunt
 et in earum contumaciam Informationem in factis, et in iure pro
 suo Principali conscriptam produxit, et terminum ad ferendam
 sententiam scripsi postulavit. Salvo & omni
 Praesente Nobili Fran. Wloskiewicz Kelsa ac Dedicata Albatya, et
 totius Curiae Sancti Andree Praeatorum Procuratoris salvis omnibus beneficiis
 iuris, et salva productione Informationis pro suis Principalibus, copia In:
 formationis productae ab adto concedi ad Mensem petente salvo omni
 Qui Reverendus Dnus Auditor Graetiae sedens & auditus & productam
 Informationem admisit, si et in quantum, mandavit eandem
 alteri Parti communicari ad tertiam Iuris, et ita & omni
 Adalbertus Skwarzynski Cancell.

Citatio ea qua incidat terminus et tenoris infra scripti

Ex Mandato

Illmi et Reverendi Dni Jacobi Caselini Archiepiscopi Casarea in Regno Po:
 =lonia, et M. D. Lithuaniae Nuntij Apostolicae feliciter commorantij

Citatur

Per aliquem legitimum Executorem Dni Franciszy Wloskiewicz

Acti procuratori Relsarum Monialium Conuentus Graecien S. Andrea
 idē ad instantiam Mr̄y et Am̄. Cndi. Iosephi Georgi Cndi Sandomi-
 =nensis Actoris, quatenus coram Tribunali Cndi Munitatis Aplice hie
 =Varsaviae Prime Iuris ad executionem sora audien causarum fieri so-
 =lita personatū Legitimē compareat Ad uiden et audien post pro-
 =ducta, et communicata ^{Instrumenta &} ~~acta~~ et documenta Prime Instantiā in causa
 =inter predictas Partes coram Nobis Veritate informatione inscriptis pro-
 =ducti in causa concludi, atq; ~~de~~ ipsam usq; sententiam definitiuam
 =procedi. Ceteraq; q̄ uel ad dicendas causas q̄ certificantes q̄ In quo-
 =rum fidem q̄ Datum Varsaviae die 30. Iulij Anno Dni 1689. —

(L+S)

Franciscus Tasius Auditor Cndi et Iudex
 Adalbertus Skwaroyanski Cancellarius

Executionis seu intimationis à tergo connotata tenor uidelicet
 Anno quo intro die uero prima Augusti. Ego Simon Ioannes Pieczarski
 Minister Ecclesie Collegiate S. Iohannis Baptista Varsauien personatū
 accedens Inssum Franciscum Wlorkiewicz, uti Procuratorem Relsarum
 Monialium Conuentus Graecien S. Andrea ipsi copias presentium ad manus
 proprias reddidi, citavi, monui, et omnia quae intro mandantur fideliter
 executus sum de quo fidem facio idemq; supra mpp.

Informatis pro parte Cndi Canonici de qua in Decreto, erat
 tenoris ut sequitur

In Regno Polonia, prout Pracouia Vrbs Metropolis est omnium Cui-
 =tatum istius Regni maxima, et uetustissima, ita et sua Diocesi
 =est amplissima, et precedit omnes alias antiquitate

In hac igitur Diocesi est Cuitas Palatialis Sandomien, in qua est
 Collegiata sub titulo Beatissime Mariae Virginis à Seruicij
 Monachij

Monarchis Regibus et Principibus Polonia dotata, erecta uero de
 Anno 1121. Sum. n. imo. folio 145

In qua Collegiata sunt omnes dignitates ad instar Cathedralium, sunt et
 Canonici multi inter quos est Canonatus nuncupatus de Capella
 in Zawichost fundatus eodem Anno

Ista Capella olim Zawichosten ad praesens uero Canibus Sandominiens
 habuit antiquitus in Oppido Zawichosten Regali assignatos sibi in
 dotem hortos, domos, areas Lacum uersus Villam Popowice, et ipsam
 Villam Popowice et Kunice, ac liberam incisionem lignorum in Syluis
 Villa Borow et item pasua communia.

Successu temporis Boleslaus Pudicus Rex Polonia circa Annum
 1200. hoc Oppidum suum Zawichosten cum uiginti quinque Villis
 latissimis donauit Monialibus Ordinis S. Francisci, et quia ibi iam
 fuere fundata, uidebat am commodius ipsis fore Praeuiam. Unde
 illas Praeuiam transtulit firma manente donatione Oppidi et Villarum

Et licet iam bona illa cum oneribus talibus, qualia ante donationem
 ipsis imposita fuere transierunt ad Moniales, nihilominus Moniales
 ista statum fundationum priorum aut immutare, aut tollere uoluerunt
 Proinde, et Canibus Sandominiens in possessione praedicta eorum fundationis
 multa impedimenta faciebant, ita ut

Id. 53. Anno 1404. Materia questionis huius in Regiam praesentiam delata
 fuerit, quam Rex Vladislaus Jagello inter Parte inter se mutuo
 contendentes sopire uolens Supremum Regni Cancellarium, et Castellanum
 Sandominiens, et tertium Baroem in Commissarios ad cognoscendum inter
 Parte differentiam deputauit, qui re oculis subiecta uisa, et testimonio
 sufficienti de diuturna possessione recepto retulerunt Seruino Regi
 quod a temporibus dicti retroactis Canonici Sandominiens omnia supra dicta
 pacifice

paupera possideant, quam Regia Maiestas audita preditorum
Commissionariorum relatione decrevit possessionem Canonici ratam firmam
et robur perpetua firmitatis debere habere perpetui temporibus
Summario n. 2do. folio 33.

1456. Casimirus Magnus Rex huiusmodi Diploma Regium
confirmavit d. Sum. n. 2do. fol. 32. et 33.

Tandem pluribus Annis preterlapsis Moniales eadem a similibus impe-
dimentis faciendis non destiterunt fundos preditos occuparunt, ita
ut Canonici preterea existens debuerit ipsas in sua vocare, prout
de facto in causa victor euasit, dum contra ipsas 1591. in Prima Instan-
tia coram Iudicio Episcopali Baxoniensi obtinuit sententiam, quia
mediante condemnata fuit Abbatissa cum toto Conventu ad dimis-
sionem preditorum fundorum, et alia presterari, ut latius con-
tinetur in Sum. n. 3tio. fol. 25.

1593. In executionem sententia predite Officiali Gnabiz
Mandatum executivum Baxoniense relaxavit Liberas executoriales seu Mandatum Exec.

folio 25. 27.

Insinuatio Mand.
fol. 29.

Excommunicatio
fol. 30.

Declaratio Epi
Gnabiz in Monialibus
iterum in censuris
fol. 96.

Sum. n. 5to. quod Monialibus fuit rite insinuatum
Sum. n. 6to. imo excommunicato Sum. n. 7to. Tandem uti
patet ex documento n. 8to. Moniales ab Executorialibus ap-
pellauerunt ad Archiepiscopum Gnabizensem, sed is remisit Partes ad
Iudicium a quo, itaq. Episcopus Baxoniensis de Anno 1596. declaravit illas
reincidisse in supra scriptas Censuras, quarum vim et vigorem
evitantes per suum Oeconomum Bonorum submitserunt, se dimissuras
controversos fundos, et sic

Submissio

Monialium

Troign. folio

D. Jano de R.

1596. V. in

131. 98. et

132

1596. Stanislaus Troign Factor Procurator Conventus Monialium
preditarum habito ad id speciali Mandato fecit declarationem
quod iam ex nunc Moniales Principales suas in satisfactionem
supra allegato Decreto deoccupent, restituant Libere drauant
et impo-

et in possessionem realem Canonice tradant ipsamque in eandem intromittant
in presentia Dni Adami Stanickiel dicti Canonici Poponoy declaracionem
huiusmodi acceptatis Sum. N. 9. fol. 31. 98. 132.

Jam ergo factus Sandonien. Martii post diem huiusmodi submissionis apprehendit
possessionem dictorum fundorum, et arcium existantium in
Zawichost. Et quia Incole erant impedimentis Incolis Monialium in
quantitatis uictu, Moniales noluerunt diuisum Oppidum habere
Unde deuenerunt ad complationem cum Canonice eodemmet iure iuueni-
te olim D. Stanichael, atq; supplicauerunt Episcopo Praconico, ut
inter illas mediapacificacionis adiuueneret. Itaq; offerrebant Canonice
pro fundis Zawichosten agrum certum ad Villam fuentualem Estrow
dictam agris uilla Canonicali Popouice dicta contiguum, et uicinum
Mny uero Episcopus Praconico tunc existens uolens seruare aequi-
tatem in complatione huiusmodi fundorum deuenerat primo Reuicis-

Reuicis in
fol. 137.

nem ibius agris prout ^{et} expedirent eam Reuicoy Sum. N. 10mo

1604. Placet Dno Cano Stanickelio acceptare agrum oblatum
pro fructibus suis in Zawichost sibi proinde et ipse, et Moniales
descenderunt ad contractum realem commutationis super qua
permiserunt fieri Instrumentum coram Deputatis ab Episcopo
et postea ab ipsomet Episcopo inscriberunt pro approbatione
illius prout et approbavit Mny Episcopus dictam commutationem, ualida
aquo, et bona factam Sum. N. 11. fol. 134 et 135.

Instrumentum Com-
mutionis, et
approbationis ab
Episcopo V. in
fol. 134. et
135.

Dimisso hoc agris Moniales successu temporis in alia ceperunt grauare
Canonicos siquidem licet transactio tantum respectu fundorum Zawichosten
interceperit. Submissio autem de Anno 1596. facta fuit de
parandis in omnibus partibus, et Iuribus Canonice, et tertia Anno 1597
1598 fuit non solum uariis istorum fundorum, sed quoque uariis
Lany, iudicialibus Libere Lignorum in Syluis, tamen Moniales Libere
in uisionem Lignorum utensilibus in Syluis Villa Borow, et aliarum
Villarum

Villarum Canonico, et eius subditis, nec non Pasua communia de-
 =negauerunt, viamq; publicam, qua ad Villam Canonicalem ducebatur
 abolerent, quare iam Successor illius Dni Stanislai Dni
 Processus Stephanus Piasecki Canonus, Sandominensium eadem citavit Summano
 V. in fol. 113. no. 12mo. et litigando cum illis per tres annos, tandem
 Sententia et Decretum 1633. Luna 5^a Mensis Decembris sententiam obtinuit fauora-
 Vide in fol. =bilem, in qua omnia impedimenta a parte Monialium D. Iudex
 100. 101. etq; remouit, et declarauit Canonicos et suos subditos ius habere incitis-
 =nis lignorum in syluis Villa Boroni, et aliarum tum circa Pas-
 =ua libera iuxta Diploma Vladislai Regis conseruatis sum?
 no. 109.

Post haec superueniunt bella finica, hostilia et pestes, unde Canonici et
 possessionem agri commutati amiserunt, et incisis lignorum ipsi
 et eorum subditis a Monialibus prohibita. In executionem tamen
 istius sententiae Anno 1633. pasua tantum tenuerunt, et de
 illis ad praesens nihil est in questione

Tandem iste Canonice decedit in possessionem Almy et Thomae
 D. Josephi Georgi moderni Actoris, cui quoq; eadem Moniales
 ligna cedere prohibuerunt, usumq; fundi commutati sibi in
 Ostrois. Quare Dnus Canonice

1687. 17. Mensis Martij coram Iudicio Episcopali Graouiceni
 ysdem Monialibus et detentione sortis bonorum fundorum
 in hereditate Oppidi Zawichott hereditarij conuentus pro-
 =ditarum Monialium labam debita executioni demandari, Man-
 =datum executionis, de quo supra Anno 1593. extraditum, et
 intimatum effectuari, restitutionem omnium, et singulorum
 fructuum ex Bonis et fundis supra dictis decerni, Sed Iudicium
 Episcopale Graouiceni decreuit ipsum tenere Actione ordinaria
 vindicationis experiri. Cui Decreto Dnus Canonice adherendo
 de integro

de integro actionem vindicatoriam iisdem Monialibus intentavit, tam
 videlicet pro decurtatione lacus, quam iniusta molestatione, et
 prohibitione secandi ligna, et restitutionis viae obsita, in qua
 respondendo Moniales, exceptionem transactionis opposuerunt, et pro:
 duxerunt Instrumentum commutationis feudorum Canonialium in
 Zawichot existentium pro agro in feudo Villa Obrow Monialium
 hereditaria, et successiva in toto processu uarie nebabant, Pater
 autem Canonius excepit sibi quoque ademptum esse feudum commutationis
 et quod transactio non completitur lacum, et uia secandi ligna
 Tandem

Moniales directi respondendo ad propositionem Actoris protestatos fundos
 etiam titulo prescriptionis et bona sua se possidere insulerunt
 Sum. n.

Ad talem exceptionem interloquendo Iudicium Illius Episcopi
 Praeuicis sententiauit admittendam fore partem citatam omni
 genere probationis ad probandam prescriptionem, ex quo ad eam
 se se trahit. Hinc Actor sentiens se laesum ad Tribunal illius
 Illud Martiarchus Aplice appellauit, In quo post admissam
 Appellationem, et tanquam in prima Instancia reproducta et
 exhibita pro utraq; Parte, Iura, et documenta ad causam faci:
 entia Dns Canonius petit a R. Monialibus Praeuicis S. Andree
 dimitti sibi

1mo Agrum ex transactione sua commutatione debitam
 2do Lacum in loco Petrysi dictum uersus Villam Canonialium
 Triban. Popowia iacentem

3tio Inuentionem signorum in Villa Borow, et alijs ad Monasterium
 spectantibus eademq; permitti tam pro feodo Canonico quam
 subditorum eius

Quod ager debite, et iure petitar, Dnsq; Abbatissa ad illius

diniq;

dimissionem cogi debeat probatur
 imo. quia ex documentis, et Juribus in Summaris facti deducitur
 clarum est permutacionis Contractum inter Party interfectum
 in quo species pro specie data est, cum enim Canonici San-
 domini habuissent totam plateam in Fawichote, ac plures
 areas, et hortos et R.R. Moniales fuissent condemnati ad
 deoccupationem horum omnium, placuit Monialibus non
 habere in sua civitate viciniam Dominum, et ita fecerunt
 commodius gubernare homines sub una Jurisdictione, cum multi-
 plicata Jurisdictionum foret earum commotionem adferre
 nec sibi in pace vivere. Priores effecerunt, ut per Transacio-
 nem sibi cessent illa Platea cum Prioribus cum Hortis, cum
 Domibus, cum areas, censibus, et Viniis, et instrumentis, ac Juris-
 dictione perpetua. Et sicut per acceptationem fundi Cancellarij
 auctum est Oppidum, et Locum ille plurimum est commodius Mo-
 nialibus, ita iustum est, ut R.R. Moniales Dno Canonico commu-
 tatum agrum restituant, alij enim iniquum foret, et agrum
 semel per commutationem cessum fundos alienos possidere,
 nemo enim cum alterius iactura, et damno locupletari debet.

2da Quia ex quo transegerunt permutando, agnoscerunt quod
 Canonici bonum ius habuerant, permutatio enim inducit pre-
 sumptionem rem esse permutantium. Gratian. Discept. forens cap.
 12. n. 12. pariter agnoscerunt, quod illa iniusti, et indebiti
 molestias fecerunt Canonici prout quos de facto conturbat in illo
 tempore Moniales fuisse tantum a discipulis, et iniquis suis
 Tenentibus inductis ad libem cum Canonici Sum. h. 30, idem
 certa

certe non alio fine nisi ut canonici defuncti liberis cederent
sortes suas in fructibus Zawichosten habitas, solasq; Moniales
essent Domine, quod effecerunt dum ex illis coegerunt canonici
cum fore contentum una tantum particulari agrum alibi sibi
et sic agnouerunt explicita ueritate iuris canonici

3to. Quia dum ex hactenus dictis constat de permutatione, necesse
est consequens est, quod iherayer permutationem intelligatur
proprie et de dominio canonici Sandominici, et non aliam
acquistam nisi, ac si fuisset legitime empti, permutatio
emphiteuticam, et emphiteuticam de conditionem rei habitae sunt
similia l. fin. ex quibus can. in p. s. s. ead. 2. C. de rer.
permutat. tit. 2 ff. cod. tit. Permutat. de uera. Lignay. §.
si. gl. si. n. 14. imo est species uenditionis l. sciendum 19 §.
deinde 3. ff. de edic. edict. sed ex contractu emptionis agi
potest ut res tradatur, ergo ut ex contractu. Nra permutatio
nisi ueritate agitur contra R.R. Moniales

4to. Quia ex Instrumento contractus Permutationis sum. n. 11
constat ibi in uerbis. In quibus quidem bona presentibus commutata
ijdem commutantes sibi uelalem Inuentionem omni meliori mo.
do uia Iure, et consuetudine dant, et admittunt, quod transla.
tio domini qua est de substantia permutationis l. r. C. de
rerum permut. interuenerit. Unde ager ille re uera non
Monialium, sed In. Canonici sit proprius, et ad illum reuerti de.
bet, appropis etiam naturam illius Platea, arcarum, hortorum, et
domorum sitorum in Zawichost, cum quibus facta est commutatio
Grabian. dilect. ferens cap. 265. n. 17. Arnold. Leygera. in
thesaur.

thesaur. iur. verb. permutatio n. i quia allegat. vicinum deij.

325. lib. 2.

Accedit quod permutatio traditionem rei ab utraque Parte iam
factam presupponit l. i ff. de rer. permut. auton. Fab. coniecti
g. Benedictus Carpsonius tract. de Iuris pond. ferens. Romano-
saxonico part. 2. constit. 17. definit. 3. n. 5. Imo habet in uentre
resignationem rei et nihil aliud est, quam reciproca resignatio
quod inuicem fit inter stipulantes c. unic. de rer. permut. in
6. Clementina s. ead. tit. Pot. deus. 16. n. 3. cum seqq. de rer.
permut. in antiq. quibus admittit

Sequitur D. Canonico Sandominico et modernum Actorem Ceteriusque
Civilem possessionem huius agri licet amiserint naturalem, illisq;
competere interdictionem, unde vi ad recuperandam possessionem
Sextonius Instit. Imperial. lib. 4. tit. 15. de Interdictis & recuperand
n. 21.

Quo ad lacum, et incisionem lignorum attinet, uideatur contractus de
dominio, et possessione D. Canonico fundi Curice pariterq; ipsi
competere, Interdictum simile nempe recuperando, quibus Actorem
esse reintegrandum in possessione lacus, et Iuris servitutem secundum legem
in Syluis R. C. Monialium

Nulla enim tales extant presumpciones que possint impedire actionem
possessionem, et intentionem D. Canonici

Imo. Quia constat de titulis et documentis sententiarum Iur. n. 1. Imo
2do. et 3tio. et dico de titulo constare quia sententia que transierit
erunt in rem indicatam, et que habuerunt suam executionem dant
titulum et uerum dominium transferunt in Victorem, quamvis secus
si non intervenisset traditio glos. in §. fin. Instit. de Offic. Iudicij
Barthol.

Bartol. in l. ex hoc iure de iur. et Pan. de iudic. consil. i. n. 4.
 Lib. 5. et consul. ga. num. 9. lib. 2. idem. Iure tractatus de sententia
 rei corporalis, sive. Iuris incorporales adherens; iure corporali, ut
 sunt Iura servitutum predialium, que adherent predij, vel Iuri-
 dictio, que adheret castro, et territorio. Innocent. in cap. cum nostri
 de concess. prebend. Bald. in l. traditionibus C. de part. et in l. fin.
 Commun. Vtriusq. iudic.

2^{do} Quia et de possessione seu executione dd. Sententiarum plenissime
 probatur ex Instrumento tradita possessioni eorum omnium que
 Sententia Anni 1592. comprehendebat Sum. no. 90. fol. 31. 98. 132.

3^{to} Quia de Anno 1633. Sum. no. 132. simili sententia sequuta
 que pariter transit in rem iudicatam, et omnem interruptit prescriptionem

4^{to} Quia et huiusmodi tertij Anni Sententia habet suam in
 parte executionem, quando videlicet Moniales in fampis suis
 et grangis in executione eius libera parvatur libera pasci pe-
 =cora Oni Canonici, et subditorum, sicut communi Ono Canone cum
 Monialium predijs pascua in hanc diem; hoc nec potest hanc
 Sententiam 1633. induci potest prescriptio sequens enim effectus
 sententia quo ad unum, operatur impeditionem prescriptioni
 quo ad reliqua puncta, quia sententia in se est indivisibilis

5^{to} Quia propter meliorem resultantem ex tota sententia non potest
 =sunt Moniales abigere prescriptionem

Actus 8^{us}

Anno Dni Millesimo Sexcentesimo Octuagesimo nono Die Vero Mercurij de-
 =cima septima mensis Augusti Tartaria.

Pro M^o et Adm^o P^o D. Josepho Georgi Ca-
 =nonico Sandom con. R. Monialas ad
 S. Andream P^obus Canonice

Crain

Coram Per M^o et Adm^o D^o Francisco Fasie J. V. D. Prothonot. Ap^lice
 Curia M^o et Adm^o D^o Jacobi Cantelmi Dei et Ap^lice Sedis gratia
 Archiepiscopi Cesaree ad Serenissimum Joannem Tertium Polonia Regem
 Potentissimum totumque Regnum Poloniae, et M^o D^o L. cum facultatibus
 Nuntij Ap^lici G^orali causarum Auditoris, et Judicis comparuit
 personatus M^o Mathias Kobinski Procurator supradicti M^o et
 Adm^o D^o Josephi Georgii Jacobi Sandominici Fundi Kunice de
 -torij Principis et Appellantis, et in termino hodierno ex Actis legitime
 incidenti, quoniam adversa Pars nihil dicit, nec excipit in et con-
 tra Documenta et Informationes pro parte sui D^o Principalis in
 causa occasione bonorum, et fundorum, aliarum rerum in processu
 causa specificatarum ad locum sui Principalis Sandominici
 Fundi Kunice spectant, et in fundo Oppidi Zawichostensis contig-
 -entium producta. Ideo in causa concludi et terminari ad feven-
 -dam sententiam prefigi petijt et postulavit. Salvo & omni
 -presente M^o Francisco Wtoskiewicz Pol^o Sa. ac Deo dicato
 Abbate, et totius Con^o S. Andreae Cracovici Procurator Salvis oib^o
 -beneficijs suis sui Principalis reservatis, Informationem in
 -facto et Jure pro parte suarum Principalem conscriptam pro-
 -ducente. Salvo & omni
 -Qui Adm^o D^o Auditor G^orali, sedes & auditus & forma-
 -tiones hinc inde productas admisit, si et in quantum & manda-
 -uitq^o citari ad sententiam pro prima sui citata & omni
 -Adalbertus Kwawczynski cancell.
 Informationes pro parte P. C. Monialium sub hoc Actu
 producta tenor est talis
 Cracoviensis
 Probationum decernendarum
 super prescriptione allegata
 Janomice

In nomine Domini Amen

Pro Religiosa ac Devotissima Abbatisa, toto Monasterio Monialium
Ordinis S^{ct}e Clarae ad Ecc^liam S^{ct}i Andreae Cracovien^{sis}
existens Appellat^o con^{tra} M^{on} et Adm^o R. Josephum Georgi
Canc^{el}l^lum Sandomirien^{sis} Appellat^oem

Boleslaus Dux Cracovien^{sis} cum S^{ct}a C^{on}sequenda Consorte sua (que
ex Ungaria miraculose in Regnum Poloniae Bochnam, et Wieli:
ciam Saltem transportavit) dum Beata Salomea Regina
quondam Halicie soror Ducis Religionem S^{ct}e Clarae fuisset
professa in Oppido Zawichost suo proprio et hereditario Duce
-sis Cracoviensis Palatinatus Sandomirien^{sis} fundavit Monasterium
Monialium S^{ct}e Clarae.

Huic Monasterio Anno 1257. S^{ct}o Nonas Martij de consensu Fra:
-trum suorum Casimiri Lancic^{is}, ac Cracovien^{sis}, et Senoniti Maso:
-vien^{sis} Ducum atq^{ue} Beati Prandota Episcopi Cracovien^{sis}, nec non
Baronum Ducatus sui dedit Oppidum Zawichost cum omnib^{us} utili:
-tatibus ac pertinentijs Molendinis Tabernis, quae tunc fuerant, et
in posterum poterant esse cum praeijs, nemoribus, et piscationibus
in Vistula incipiendis superius usq^{ue} in Vicia et inferius Zawichost
usq^{ue} ad unum miliare ac cum Villis in Privilegio specificatis
ut apparet ex Privilegio inserto in Processum fol. 121 Hoc eo:
-dem Privilegio fundationis, et dotationis absoluit Moniale ab
-omnibus oneribus, Stationibus censibus Ducalibus, et alijs quibus:
-cumq^{ue} tribuendis absolutam Monialibus Jurisdictionem, et totalem
Dominium super Oppidum, Villas, fundos Priveros, et
subditos nil pro se, aut suis successoribus reservando
Anno 1280. S^{ct}o Calend^{is} Aprilis Nicolai Tertij Pontifex
Pontificatus

Pontificatus sui Anno tertio hanc fundationem Donacionem, et
 Dotacionem approbavit, et quod nulli liceat promissa infra
 mare, aut quidem contrariare, auctoritate Apostolica cavuit, ut legitur in
 Processu fol. 124.

In eodem Oppido Zawichost fuit et est Ecclesia Parochialis
 sed quo Anno sit erecta non constat, quod Ecclesia Paro-
 chialis fertur esse incorporata Canonici seu Sinebenda
 Sandominensium Kuriarum nuncupata. Verum ex quo non docetur
 de Ereptione istius Ecclesie Parochialis, nescitur si aliquos
 fundos habuit in Oppido Zawichost. Cum eadem Moniales prop-
 ter incommoda manere in Zawichost non valerent, easdem
 Moniales idem Boleslaus Dux ad Oppidum Skala dictum
 ante Approbationem Pontificiam transiit facta cautione re-
 dituum, et adiacente eodem Oppido Skala ad hunc memoratam
 fundacionem

Post haec turbis incursionibus Barbarorum in Solorian
 et incommoda residentia in Oppido Skala ex eodem Oppido
 Cracoviam eadem Moniales transiit sunt et ad Ecclesiam
 Scti Andreae collocatae, perisquam, et ad hanc diem exis-
 tuat. Dum Moniales extra Oppidum Zawichost circa
 Ecclesiam Scti Andreae manerent, quidam Woleschan
 Canonicus Sandominensium raptus occasione presentie Vica-
 rii Scti Szymonis Regis Poloniae protue Sandominensium
 Sacerdotis et absentie Abbatis ac Monialium a Zawichost
 protue Cracoviae in suo Monasterio degentium
 1404. Abbatissam, et Moniales Scti Andreae Cracoviae coram
 Rege accusavit, ac si Moniales non resident in Zawichost
 ipsi fundos

ipsi fundos in declivis Montis circa Vittelam a Claustro Za-
 wickostenti protentos, procedenda ad occidentem versus viam
 qua ducit in Sandomiriam, et versus Vittelam fluvium ade-
 merint ac tandem ad simplicem occupationem eiusmodi
 inscisi Monialibus, et non uocabi iisdem mediante quo-
 dam Privilegio protento 1404. Feria sexta post festum
 Natiuitatis Beatae Mariae Virginis Sandomiride datus, quod
 tamen in originali non producitur, Non solum iuxta
 suam priorem petitionem Pomos, et arces omnes in per-
 petuum sibi adscribi fecit, sed etiam in ratione cuius
 non fuit querelatus, ut post inuentionem in Syluis Ville-
 Borow, et aliarum Villarum, usum Pasuorum commu-
 nium (dempto) tamen lacu) annexi curauit. Eiusmo-
 diq; protensa, sed nullius adscriptionis annexionis etiam
 a Casimiro III Rege Poloniae Policonide feria secunda
 in Vigilia Festi Scti Matthei Apsti ut fertur Confirma-
 tionem obtinuit.

Hoc tamen considerandum est quod Anno 1404. in Dicesse
 Casouier conscriptus est Liber Beneficiorum in quo tamen
 licet sit posterior Liber Beneficiorum protento Priui-
 legio Regio, nulla mentio est, quod Casouicus Sandomi-
 nicus Deberet habere aliquos fundos in Zawickost, aut
 inuentionem in Syluis, aut communia pasua, licet si in
 eodem libro Beneficiorum est mentio Casu, et Villarum
 ad Zawickost spectant circa descriptionem Ville Dopy-
 wice Confiniarum ad Casouum spectant, si enim in
 Libro De:

in Libro Beneficiorum sunt descripta Confines, multo magis
descripta fuissent pertinentia, et servitute, quas Canonici
nunc protendit, ac proinde validi inferri potest perferum
Privilegium fuisse subreptitium, et nullum titulum Ca-
nonico tribuere posse.

Verum licet si Canonici Sandominici habebat prorsum Pri-
vilegium Regium, et in eo domos, hortos, arva, messagios, pas-
tuam determinativam cum certa loci designatione specificata
et descripta, prout et protentam incisionem, et pasua com-
munia, tamen nunquam Canonici Sandominici fuit in pos-
sessione praemissorum, varum Abbatia, et Monasterium Monialis
S. Andreae Praemonstratensis in Episcopatu Eboracensi cum Villis in Privile-
gio 1257. specificata cum omnibus pertinentiis, et pertinentiis, ac
commodis et utilitatibus possedit, et possidet.

Correxit
Notarius

Tandem Anno ¹⁵²⁰ 1520. In Diocesi Praemonstratensi iterum conscribitur
Liber relaxationum Beneficiorum, in quo Libro licet si
sit Canonici Sandominici hinc inde dicta descripta, attamen
in eodem Libro non invenitur specificata, an Canonici habuit
in Eboracensi aliquos fundos, vel incisionem Sylvam, aut
communiam pasua, si enim Canonici habuisset eadem, et
vigore Privilegii 1409. ibidem descripta possidisset certe
eadem omnia in Librum Relaxationum inseri fuisset.

Licet si itaque Canonici nullum titulum habuerat ad fundos
Incisionem, et Pasua ad locum, attamen Anno 1590. editis
statutis Sponsorum huius Canonici quidam Dnus Stanislaus
Gobuchowski

Goluchowski citavit Moniales ad Iudicium Episcopale Racovi
 sed nescitur ratio cuius rei, in qua via, et petitori an possit
 =vj. Nam licet sit Proceps per Appellatum coram Iudicio, in quo
 productus ut in Proceps fo. ¹⁰² "actum non constet qualis Proceps
 =sibi fuit, et ratione qualis pteantionij Moniales accusabantur
 =nium tantum, quod ibidem legitur, et observatur. Quod sub
 die 7^{ma}. Junij 1591. Iudex Causa Dⁿⁱ Stanislas Goluchowski
 =ario ut probaret evidentijs Privilegium Legium mandavit.
 Et licet ex Actis constat, quod Iudex Privilegio legis nisi eui
 =dentijs probatum esset, fidem non habuerit p^{er} 7^{as} diem septiman
 Junij Dⁿⁱ Stanislaus nil probaverit

Tamen die 26. Junij 1591. cernitur esse lata Sententia, qua
 mediante fundamento posito super Privilegio 1404. (quod alij
 =7^{ma}. Junij Iudex pro sufficienti probatione non habuit) imo
 =rtos, areas, domos in Opido Zawichot in declivitate Moni
 =bis circa Vistulam a flumine p^{er}terens, 2do. Lacum, 3tio.
 =pensionem lignorum utriusque, 4to. Pastua communia ad
 =judicavit, et 5to. Viam per agros, et fundos Monialium
 quatenus eadem aperirent pro Causa mandavit.

Uigore cuius tamen Sententia nunquam Canonici Sandominien
 fuerunt in possessione Pensionis Sylvarum communium Pas
 tuorum, Lacus Stensi, et viae apertionis demandata, nemum
 Moniales sua hereditate ex donatione 1257. procedenti
 fruebatur

1631. Quidam Dⁿⁱ Stephanus Biasecki Canonici Sandominien
 citavit Moniales ad Iudicium Consistoriale Racovien
 imo.

imo. ratione Inclusionis Sylvanum, 2do. ratione pasuorum 3tio
 ratione vid. apertionis, et pro fundamentis propositionis suae pro:
 duxit Privilegium 1404. Sententiam 1591. Executoriales
 1593. Submissionem Monialium, ac si nomine factam 1597.
 Hisq. productis petijt Inclusionem, et Pasua communia ad iudic-
 =cavi et viam aperiri Mandari.

Ad cuius Instanciam 1633. d. 5ta Decembris lata Sententia
 Definitiva in fundamentis Privilegij et Sententia nullius
 per quam Pasua communia, et Inclusionis Sylvanum conce-
 =tere declaravit, vid. usus probari demandat

Hoc tamen notandum quia Canonius Piasecki non molestavit
 Moniales ratione fundorum, et laicis in Zawichott sed
 solummodo ratione Inclusionis Sylvanum, et Pasuorum com-
 =muniarum, et Sententia pariter ratione Inclusionis probata legitur
 Verum sicut Privilegium 1404. Ita Sententia 1591. et Senten-
 =tia 1533. nunquam suam habuerunt executionem, nec
 Canonius nunquam possedit ea quae continentur in Sententijs,
 Abbasque vero cum suo consentu vigore Jurisem suorum ex
 Privilegio 1257. Donationis universitate Donorum Zawic-
 =chott, et commodis illorum fruebatur, neq. hac possessione
 contra Sententias petentes praescriptum sit.

Cum itaq. contra factas Sententias praescriptum est, et anni
 quadraginta quatuor elapsi: Illis et d. d. R. d. Josephus
 Georgi Can. Sandominien. intendens Abbas et Monia-
 =libus sibi Andrea molestias facere.

1687. Citatus Abbasiam ad Iudicium Episcopale facouense
et petijt Sententiam a se ipsi executioni demandari, Vixit
ex Procepu fol. 5. 6. 7.

Quo in Iudicio comparens nomine Abbatis et Monialium sub
die 24. Aprilis Adm. Rndy. Stephanus Grabaria Oeconomia
Bonorum Monialium S. Andrea excepit de inordinata statu-
-ne, ad quam exceptionem Iudicium interlocutum est
Quod Sententia non sit exequibilis, et quod Actor debeat pro-
-ponere ordinarias Actiones, ut est fol. 18. 18. 20.

Cui de iure satisfaciendo Dny Canonius citavit Abbasiam
ordinaria vias petens sibi adiudicari imo fundum in de-
-clivitate Montis, 2do lacum a Struc lignorum incipientem
3tio Incisionem lignorum, 4to Pasua communia 5to viciniam
ad ducenda ligna.

